a facie ei⁹. oīuꝫ inimicoꝝ suo
rū dn̄abit. Dixit enī i corde
suo nō mouebor a gnatōe i ge
nerationē sine malo. Cui⁹ ma
ledictiōe os plenū ē et amari
tudine ꝛ dolo: sub lingua ei⁹
labor ꝛ dolor. Sedet i insidiis
cū diuitibus in occultis: vt in
terficiat innocētē. Oculi ei⁹
in pauperē respiciūt: insidiat
in abscōdito quasi leo i spelū
ca sua. Insidiat vt rapiat pau
perē: rapere paupem dū attra
hit eum. In laqueo suo humi
liabit eū: inclinabit se ꝛ cadet
cū dn̄at⁹ fuerit paupē. Dixit
enī in corde suo oblit⁹ est de⁹
auertit faciē suā ne videat i fi
nem. Exurge dn̄e de⁹ exaltet
man⁹ tua: ne obliuiscaris pau

perū. Propter quid irritauit
impius deū:dixit enim in cor-
de suo nō requiret. Uides quō-
tu laborem et dolorem cōside-
ras: vt tradas eos i manꝰ tu-
as. Tibi derelictꝰ est pauper:
orphano tu eris adiutor. Cō-
tere brachiū peccōris ⁊ maligni:
queretur peccatum illiꝰ ⁊ nō
inuenietur. Dñs regnabit in
eternū ⁊ in seculū seculi: peri-
bitis gētes de terra illiꝰ. De-
siderium pauperū exaudiuit
dñs: preparationē cordis eorū
audiuit aurꝭ tua. Iudicare pu
pillo ⁊ humili: vt nō apponat
vltra magnificare se homo
super terram.

In domino cōfido: quomō
dicitis anime meę: trāsmi-
gra i montē sicut passer. Quō
ecce peccatores intenderūt ar-
cum. parauerūt sagittas suas
in pharetra: vt sagittēt in ob-
scuro rectos corde. Quō quez
pfecisti destruxerūt: iustꝰ autē
quid fecit. Dñs in tēplo sctō
suo: dñs i celo sedes eiꝰ. Ocu-
li eiꝰ i pauperē respiciūt: pal-
pebre eiꝰ interrogāt filios ho
minū. Dñs interrogat iustū
et impiū: qui autez diligit ini
quitatē odit animā suā. Plu
et sup peccōres laqueos. ignis
sulphur et spūs pcellaꝫ pars
calicis eorum. Quō iustꝰ dñs
et iusticias dilexit: equitatē vi
dit vultus eius. Gloria.

Iuste deꝰ iudex fortis paciēsqꝫ be-
nignꝰ in te sperātes iuuat miserā-
do fideles. Surge ⁊ i eternū
Domine deus meꝰ in te spe-
raui. Tu dñe seruabis nos.

Saluū me fac dñe quō de-
fecit sanctꝰ: quō diminu-
te sūt veritates a filijs hoim.
Uana locuti sūt vnusquisqꝫ
ad proximū suū: labia dolosa in
corde et corde locuti sūt. Dis-
pdat dominꝰ vniuersa labia
dolosa: ⁊ linguā magniloquā.
Qui dixerūt linguā nostram
magnificabimus. labia nr̄a a
nobis sunt: quis noster dñs
est. Propter miseriam inopū
et gemitū pauperū: nūc exur-
gā dicit dñs. Ponā in saluta-
ri: fiducialr̄ agā in eo. Eloqa
dñi eloquia casta. argētū igne
examinatū: pbatuꝫ terre pur-
gatū septuplū. Tu dñe serua
bis nos: ⁊ custodies nos a ge-
neratione hac in eternum. In
circuitu impij ambulāt: scdꝫ
altitudinē tuā mltiplicasti fi-
lios hominum. Gloria.

Usqꝫquo dñe obliuisce-
ris me in finez: vsqꝫquo
auertis faciē tuaꝫ a me. Quā-
diu ponā cōsilia i aia mea: do-

lorē in corde meo p diē. ( ) sq;
quo exaltabit inimicus me⁹
super me: respice ꝛ exaudi me
dñe de⁹ me⁹. I llumina oclos
meos ne vnq̄ obdormiam in
morte: nequādo dicat imic⁹
meus preualui aduersus eū.
Q ui tribulāt mē exultabūt si
motus fuero: ego aūt in mise-
ricordia tua speraui. E xulta
uit cor meū in salutari tuo. cā
tabo dño q bōa tribuit mihi:
ꝛ psallā nōi dñi altissimi. Ps.
D Ixit insipiēs i corde suo
non est deus. ( ) orrupti
sunt ꝛ abhomiabiles facti sūt
in studijs suis: nō ē qui faciat
bonū nō est vsq; ad vnū. ( ) ñs
de celo prospexit sup filios ho
minū: vt videat si ē intelligēs
aut requirēs deū. ( ) ēs decli
nauerūt. simul inutiles facti
sūt: nō est qui faciat bonū nō
est vsq; ad vnū. ( ) epulchrū pa
tēs est guttur coꝝ. linguis su-
is dolose agebāt: venenū aspi
duꝫ sub labijs coꝝ. ( ) uoꝝ os
maledictiōe ꝛ amaritudie ple
nū ē: veloces pedes coꝝ ad ef-
fūdēduꝫ sanguinē. ( ) ōtritio
ꝛ infelicitas in vijs coꝝ. ꝛ viā
pacis nō cognouerūt: nō est ti
mor dei ante oclos coꝝ. ( ) on
ne cognoscēt oēs qui operant
iniquitatē: qui deuorāt plebē
meā sicut escā panis. ( ) eū nō
inuocauerūt: illic trepidauerūt
timore: vbi nō erat timor. ( ) m
dñs in generatiōe iusta est: cō
siliū inopis ꝯfudistis: qm̄ do-
min⁹ spes ei⁹ est. ( ) uis dabit
ex syon salutare isrl̄. cū auerte
rit dñs captiuitatē plebis sue
exultabit iacob ꝛ letabit isrl̄.
D Omine quis habitabit Ps.
in tabernaculo tuo: aut
quis requiescet i mōte scō tuo.
( ) ui ingredit sine macula: et
opat iusticiā. ( ) ui loquit ve-
ritatē i corde suo: qui nō egit
dolū: in lingua sua. ( ) ec fecit
primo suo malū: ꝛ opprobriū
nō accepit aduersus primos
suos. ( ) d nihilū deduct⁹ ē in
ꝯspectu ei⁹ malign⁹: timetes
aūt dñm glificat. ( ) ui iurat
primo suo ꝛ nō decipit. qui pe
cuniaꝫ suā nō dedit ad vsurā:
et munera sup innocentē nō
accepit. ( ) ui facit hec: nō mo-
uebit i eternū. ( ) lia. An. Sur
ge ꝛ in eternū salua munimine sa
cro custodiq; tuos altitpotens fa-
mulos. An. Tu domine seruabis
nos et custodies nos. V. Memor
fui nocte nominis tui domine. R.
Et custodiui legē tuam. Pr nr.
An. vsus. Suscipe scā trinitas
preces seruoꝝ tuoꝝ qui viuis ꝛ re
gnas deus p omnia secla secloꝝ.

p Ant. In .ii. nocturno. Nature genitor. Ant. Conserua me. Ps. C Onserua mẽ dñe qm̃ sperauit in te: dixi dño deus meus es tu: qm̃ bonorũ meorũ nõ eges. S anctis qui sũt in terra ei᷒: mirificauit oẽs volũtates meas i eis. M ultiplicate sũt infirmitates eorũ: postea accelerauerũt. N õ cõgregabo cõuenticula eorũ de sanguinib᷒: nec memor ero nominũ eorũ per labia mea. D ñs pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui restitues hereditatẽ meã mihi. F unes ceciderũt mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara ẽ mihi. B enedicã dñm qui tribuit mihi itellectũ: insup et vsq ad noctẽ increpuerũt me renes mei. P rouidebã dñm in ↄspectu meo sem per: qm̃ a dextris ẽ mihi ne cõmouear. P ropter hoc letatuz est cor meũ et exultauit ligua mea: insup et caro mea requiescet i spe. Q m̃ nõ derelinques animã meã in inferno: nec dabis sctm̃ tuũ videre corruptionez. N otas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cũ vultu tuo delectatiões i dextera tua vsq in fine. G loria. Ant. Nature genitor ↄserua a morte redẽptos facq tuo dignos iudicio famulos. Ant. Pectora nostra. Ant. Cõsua me domine qm̃ i te speraui. Ant. Inclina domine. Psalm.

E Xaudi dñe iusticiã meã: intende depcationez meã. A urib᷒ pcipe orationẽ meã: nõ in labijs dolosis. D e vultu tuo iudiciũ meũ pdeat: oculi tui videãt eqtates. P robasti cor meũ et visitasti nocte. igne me examinasti: et nõ ẽ iuẽta i me iniquitas. V t nõ loquatur os meum opera hominũ: propter verba labiorum tuorũ ego custodiui vias duras. P erfice gress᷒ meos in semitis tuis: vt nõ moueant vestigia mea. E go clamaui qm̃ exaudisti me deus: iclia aurẽ tuã mihi et exaudi vba mea. M irifica misericordias tuas: qui saluos facis sperãtes in te. A resistẽtibus dextere tue: custodi me vt pupillaz oculi. S ub vmbra alaz tuaz ptege me: a facie impioz qui me afflixerũt. I nimici mei aiam meã circũdederũt. adipẽ suum cõcluserũt: os eoz locutũ est supbiã. P roiciẽtes me nũc circũdederũt me: oclos suos statuerũt declinare i terrã. S usceperũt me sicut leo parat᷒ ad predã: et sicut catulus leonis hitãs in abditis. E xurge dñe preue

ni eū ꝛ supplāta eum: eripe a-
nimā meā ab impio: frameā
tuā ab inimicis manꝰ tue. ꝺo
mine a paucis de terra diuide
eos in vita eoꝝ: de absc͠oditis
tuis adimpletꝰ est vēter eoꝝ.
Saturati sunt filiis: ꝛ diuise-
rūt reliquias suas paruulis
suis. Ego aūt in iusticia ap-
parebo ꝯspectui tuo: saciabor
cū apparuerit gl͠ia tua. ꝯ Ila.
Pectora nr͠a tibi tu c͠oditor
orbis adure igne pio purgās atq;
cremādo probās. Tu popu
lum humilē. Inclina domi-
ne aurē tuā nubi ꝛ exaudi verba
mea. Dn͠s firmamētū meū.

Diligā te dn͠e fortitudo mea: dominꝰ fir-
mamentū meū ꝛ refugiū meū
et liberator meꝰ. Deus meꝰ
adiutor meꝰ: et sperabo in eū.
Protector meꝰ ꝛ cornu salutis
me: ꝛ susceptor meꝰ. Laudās
inuocabo dn͠m: ꝛ ab inimicis
meis saluꝰ ero. Circūdederūt
me dolores mortis: ꝛ torrētes
iniquitatis ꝯturbauerūt me.
Dolores inferi circūdederūt
me: ꝑoccupauerūt me laquei
mortis. In tribulatiōe mīa in-
uocaui dn͠m: ꝛ ad deū meū cla
maui. Et exaudiuit de tēplo
sācto suo vocē meā: et clamor
meꝰ in c͠ospectu eiꝰ introiuit
in aures eiꝰ. Commota ē ꝛ c͠o-
tremuit terra. fūdamēta m͠o-
tiū c͠oturbata sūt: ꝛ ꝯmota sūt:
qm͠ iratꝰ ē eis. Ascēdit fumꝰ
in ira eius. ꝛ ignis a facie eiꝰ
exarsit: carbones succēsi sunt
ab eo. Inclinauit celos ꝛ desc͠e
dit: ꝛ caligo sub pedibꝰ eius.
Et ascēdit sup cherubin ꝛ vo
lauit: volauit sup pēnas vētoꝝ
Et posuit tenebras latibulū
suū. in circuitu eiꝰ tabernacu
lum eiꝰ: tenebrosa aqua in nu
bibꝰ aeris. Pre fulgore i c͠os-
pectu eiꝰ nubes trāsierūt: grā
do ꝛ carbones ignis. Et into
nuit de celo dn͠s. ꝛ altissimꝰ de
dit vocē suā: grādo ꝛ carbōes
ignis. Et misit sagittas suas
et dissipauit eos: fulgura mul
tiplicauit ꝛ conturbauit eos.
Et apparuerūt fōtes aqꝛ: et
reuelata sūt fūdamēta orbis
terraꝝ. Ab increpatione tua
dn͠e: ab inspiratiōe spiritꝰ ire
tue. Misit de summo ꝛ accepit
me: ꝛ assūpsit m͠e de aquis mul
tis. Eripuit me de inimicis
meis fortissimis. ꝛ ab his qui
oderūt me: qm͠ ꝯfortati sūt su
per me. Preuenerūt me i die
afflictionis mee: ꝛ factꝰ est do
minꝰ protector meꝰ. Et edu-
xit me in latitudinē: saluū me
fecit qm͠ voluit me. Et retri-

buet mihi dominus secundū iusticiā meā: ⁊ secūdū purita tē manuū mearꝫ retribuet mihi. [Q]uia custodiui vias dñi: nec impie gessi a deo meo. [Q]m̄ omnia iudicia ei⁹ in cōspectu meo: ⁊ iusticias ei⁹ nō repuli a me. [E]t ero immaculat⁹ cū eo: et obseruabo me ab iniquitate mea. [E]t retribuet mihi dñs secūdū iusticiā meā: ⁊ secūdū puritatē manuū mearꝫ in conspectu oculorꝫ ei⁹. [C]ū sācto sāct⁹ eris: ⁊ cū viro innocēte innocens eris. [E]t cū electo electus eris: ⁊ cū peruerso puerteris. [Q]m̄ tu populū humilē saluū facies: ⁊ oculos superborꝫ humiliabis. [Q]m̄ tu illuminas lucernā meā dñe: de⁹ me⁹ illumina tenebras meas. [Q]m̄ in te eripiar a tēptatiōe: ⁊ in deo meo trāsgrediar murū. [D]e⁹ me⁹ īpolluta via ei⁹. eloquia dñi igne examinata: ptector ē omniū sperantiū i se. [Q]m̄ quis de⁹ preter dñm: aut quis de⁹ pter deū nostrū. [D]e⁹ qui precinxit me virtute: ⁊ posuit immaculatā viā meā. [Q]ui pfecit pedes meos tanq̄ ceruorꝫ: ⁊ sup excelsa statuēs me. [Q]ui docet man⁹ meas ad preliū: ⁊ posuisti vt arcū ereū brachia mea. [E]t dedisti mihi ptectionem salutis tue: ⁊ dextera tua suscepit me. [E]t disciplia tua correxit me in finē: ⁊ disciplina tua ipsa me docebit. [D]ilatasti gressus meos subt⁹ me: ⁊ nō sunt infirmata vestigia mea. [P]ersequar inimicos meos ⁊ cōprehēdā illos: ⁊ nō cōuertar donec deficiāt. [C]onfringā illos nec poterūt stare: cadēt sub tus pedes meos. [E]t precinxisti me virtute ad bellū: ⁊ supplātasti insurgētes in me sub t⁹ me. [E]t inimicos meos dedisti mihi dorsū: ⁊ odientes me disperdidisti. [C]lamauerūt nec erat q saluos faceret: ad dominū nec exaudiuit eos. [E]t cōminuā eos vt puluerē ante faciē vēti: vt lutū platearū delebo eos. [E]ripies me de cōtradictiōib⁹ populi: cōstitues me in caput gētiū. [P]opul⁹ quē nō cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. [F]ilij alieni mētiti sūt mihi: filii alieni inueterati sunt: et claudicauerūt a semitis suis. [V]iuit dñs ⁊ benedict⁹ deus me⁹: ⁊ exaltet᷑ de⁹ salutis mee. [D]e⁹ qui das vindictas mihi et subdis populos sub me: liberator me⁹ de inimicis meis iracūdis. [E]t ab insurgētib⁹ in me exaltabis me: a viro ini-

quo eripies me. Propterea cō
fitebor tibi in nationib⁹ dñe:
et nomini tuo psalmū dicam.
Magnificās salutes regis e-
ius. ⁊ faciēs misericordiā xpō
suo dauid: ⁊ semini e⁹ vsq̧ in
seculū. Gloria pri. An. Tu po
pulū hūilē seruasti a morte redēp
tor: atq̧ supba tuo colla pmis ia-
culo. An. Dominus firmamētū
meū ⁊ refugiū meū. V. Dñe tu il
luminas lucernā meā domine. R.
De⁹ me⁹ illūina tenebras meas.
Pat nr. An. v. Exaudi dñe
iesu christe pces seruorū tuoꝝ qui
cū eterno pre ⁊ spū sancto viuis ⁊
regnas deus p oia secla secloꝝ. R.
Amē. In iij. noct. an. Spōsus
vt e thalamo. An. Meditatio cor.
Celi enarrāt gloriā Ps.
dei: ⁊ opa manuū ei⁹ an-
nūciat firmamētū. Dies diei
eructat verbū: ⁊ nox nocti in-
dicat sciētiā. Non sunt loq̄le
neq̧ sermones: quoꝝ nō audi
ant voces eoꝝ. In omnē terrā
exiuit son⁹ eoꝝ: ⁊ in fines or-
bis terre verba eoꝝ. In sole
posuit tabernaculū suū: ⁊ ipse
tanq̄ spōsus pcedēs de thala-
mo suo. Exultauit vt gigas
ad currēdā viā: a summo celo
egressio ei⁹. Et occursus ei⁹
vsq̧ ad summū ei⁹: nec est qui
se abscondat a calore ei⁹. Lex
domini immaculata ↄuertēs
animas: testimoniū dñi fide-
le: sapiētiā prestās paruulis.
Iusticie dñi recte letificantes
corda: preceptū dñi lucidū il-
luminās oculos. Timor dñi
sanct⁹ pmanet in seculū secli:
iudicia dñi vera iustificata in
semetipsa. Desiderabilia su-
per aurū ⁊ lapidē preciosum
multū: ⁊ dulciora super mel ⁊
fauū. Etenī seru⁹ tu⁹ custo-
dit ea: in custodiēdis illis re-
tributio multa. Delicta quis
intelligit. ab occultis meis mū
da me: ⁊ ab alienis parce ser-
uo tuo. Si mei nō fuerint do-
minati tūc immaculat⁹ ero: ⁊
emūdabor a delicto maximo.
Et erūt vt ↄplaceāt eloquia
oris mei: ⁊ meditatio cordis
mei in ↄspectu tuo sēp. Dñe
adiutor me⁹: ⁊ redēptor me⁹.
Gloria. An. Spōsus vt e thalamo
pcessit xpūs in orbē descēdēs celo
iure salutifero. An. Auxiliū nob
dñi. Medi atio cordis mei in ↄspe-
ctu tuo sēp dñe adiutor me⁹ ⁊ re-
dēptor me⁹. An. Exaudiat te. Ps.
Exaudiat te dñs in die tri
bulationis: protegat te
nomen dei iacob. Mittat tibi
auxilium de sancto: ⁊ de syon
tueatur te. Memor sit omnis
sacrificii tui: ⁊ holocaustū tuū

pigue fiat. Tribuat tibi scd3 coꝛ tuū: ⁊ oē ꝯsiliū tuū cōfirēt. Letabimur i salutari tuo: et in noīe dñi nostri magnificabimur. Impleat dñs oēs petitiones tuas: nūc cognoui qm̄ saluū fecit dñs xp̄z suum. Exaudiet illu3 de celo scō suo: in potentatib⁹ salus dextere ei⁹. Hi in curribus ⁊ hi in equis: nos aūt in nomie dñi dei nostri inuocabim⁹. Ipsi obligati sūt et ceciderūt: nos aūt surrexim⁹ et erecti sum⁹. Dñe saluū fac regē: et exaudi nos in die qua inuocauerim⁹ te. Glia. Añ. Auxiliū nobis saluatoꝛ mitte salutis et tribue vitā tēpoꝛe ꝑpetuā. Añ. Rex sine fine manens. Añ. Exaudiat te dominus i die tribulationis. Ps. Dñe in vtute tua.

Domine in virtute tua letabitur rex: et sup salutare tuū exultabit vehemēter. Desideriū cordis ei⁹ tribuisti ei: ⁊ volūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudasti eū. Qm̄ preuenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide ꝑcioso. Uitā petiit a te: et tribuisti ei longitudine dieru3 in secl'm ⁊ in seculū secli. Magna est glia ei⁹ in salutari tuo: gliā ⁊ magnū decoꝛē impones sup eu3. Qm̄ dabis eum in benedictionem in seculū seculi: letificabis eū in gaudio cu3 vultu tuo. Qm̄ rex sperat i dño: ⁊ in misericoꝛdia altissimi nō cōmouebit. Inueniat manu⁹ tua oib⁹ inimicis tuis: dextera tua inueniat oēs q te oderūt. Pones eos vt clibanū ignis in tēpe vultus tui. dñs in ira sua ꝯturbabit eos: ⁊ deuoꝛabit eos ignis. Fructū eoꝝ d̄ terra ꝑdes: ⁊ semē eoꝝ a filijs hominū. Qm̄ declinauerūt in te mala: cogitauerūt ꝯsilia que nō potuerūt stabilire. Qm̄ pones eos doꝛsu3: in reliquijs tuis ꝑparabis vultū eoꝝ. Exaltare dñe i virtute tua: cātabim⁹ ⁊ psallem⁹ vtutes tuas. Glia. Añ. Rex sine fine manēs iusto eu parce ruinis premia cōcedēs et tua cūcta regens. Añ. Domine in virtute tua letabit rex. Exaltare domine in vtute tua. Cātabimus et psallemus vtutes tuas. Pater noster. Añ. Parce et miserere domine ihū xp̄e tua moꝛte redēptis qui cū p̄re et sp̄u scō viuis et regnas deus p oīa secula seculoꝛum. Amen. [illegible]

Te deū laudam⁹. Te dñ3 cōfitemur. Te eternū patre3 omnis terra venerat. Tibi

bi oēs āgeli tibi celi et vniuerse potestates. ibi cherubin et seraphin incessabili voce proclamant. anct⁹. ācte⁹. an-ctus. ñs de⁹ sabaoth. Pleni sūt celi et terra magestatis glīe tue. Te gloriosus apostolorum chor⁹. e pphetarum laudabilis numer⁹. e martyrum cādidat⁹ laudat exercit⁹. e per orbē terrarum scā cōfitet̄ ecclia. atre imēse magestatis. e nerādū tuū verū et vnicū filium. ācrū q̄ paraclitū spm. u rex glīe xpe u prīs sempitern⁹ es filius. u ad liberādum suscepturus hominē nō orruisti virginis vterum. u deuicto mortis aculeo aperuisti credētib⁹ regna celorum. u ad dexteram dei sedes in gloria prīs. udex crederis esse ventur⁹. e ergo q̄s famulis tuis subueni quos p̄cioso sanguine redemisti. eterna fac cū sanctis tuis in gloria munerari. aluū fac populū tuum dñe et benedic hereditati tue. Et rege eos ⁊ extolle illos vsq̄ in eternū. er singulos dies benedicim⁹ te. t laudamus nomē tuū in seculum: et in seculum seculi. ignare dñe die isto: sine peccato nos custodire. Miserere nostri domine miserere nostri. Fiat misericordia tua dñe sup nos quēadmodū sperauim⁹ in te. In te dñe speraui nō confundar in eternū. Oratio. Excelsus sup omnes gentes dominus. Et super celos gloria eius. In laudib. Alla alla. salm⁹.

D Ominus regnauit decorē indutus est: indut⁹ est dominus fortitudinē et precinxit se. Et enim firmauit orbē terre: qui nō cōmouebit. arata sedes tua ex tūc: a seculo tu es. leuauerunt flumia dñe: eleuauerūt flumina vocem suā. leuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum. irabiles elatiōes maris: mirabilis in altis dñs. estimonia tua credibilia facta sūt nimis: domum tuā decet sāctitudo dñe in lōgitudinē dierum. Gla. ps.

I Ubilate deo oīs terra: seruite dño in leticia. Introite in cōspectu ei⁹ in exultatione. citote q̄m dñs ipse est deus: ipse fecit nos et nō ipsi nos. Populus ei⁹ et oues pascue eius. introite portas eius

in confessiõe: atria eiꝰ in hym
nis cõfitemini illi. Laudate
nomen eiꝰ qm̃ suauis est do-
minus. in eternũ misericordia
eius: et vsq; in generatione et
generatione veritas eiꝰ. Ps.
Deus deus meꝰ: ad te de
luce vigilo. Sitiuit in te
aĩa mea: q̃ multipliciter tibi
caro mea. In terra deserta inuia
et inaquosa sic in sancto appa-
rui tibi: vt viderem virtutem
tuã ꝛ gloriã tuã. Qm̃ melior
est misericordia tua sup vitas:
labia mea laudabũt te. Sic be
nedicã te in vita mea: et in no
mine tuo leuabo manꝰ meas.
Sicut adipe ꝛ pinguedie reple
atur anima mea: ꝛ labiis ex-
ultatiõis laudabit os meum.
Si memor fui tui sup stratũ
meũ. i matutinis meditabor
in te: qz fuisti adiutor meus.
Et in velamẽto alaꝝ tuaꝝ ex
ultabo: adhesit aĩa mea pꝰ te:
me suscepit dextera tua. Ipsi
vero in vanũ quesierũt aĩam
meã, introibũt in iferiora ter-
re: tradentur in manꝰ gladii
partes vulpiũ erunt. Rex ve-
ro letabit in deo. laudabunt
oĩs qui iurãt in eo: quia ob-
structũ ẽ os loquẽtiũ iniqua.
Deus misereatur Ps.
nostri et benedicat nos:
illuminet vultũ suum super
nos: et misereat nostri. Ut co
gnoscamꝰ in terra viã tuã: in
omnibꝰ gentibꝰ salutare tuũ.
Confiteant tibi populi deꝰ:
confiteant tibi populi oĩes.
Letentur ꝛ exultent gentes.
qm̃ iudicas populos in equi-
tate: et gẽtes in terra dirigis.
Confiteãtur tibi popli deꝰ.
confiteãtur tibi populi oĩs:
terra dedit fructũ suum. Be-
nedicat nos deus deꝰ noster.
bñdicat nos deus: ꝛ metuant
eum omnes fines terre. Glia
An. Alla alla alla alla alla alla
alla alla. [illegible] Est deus in celo.
[illegible]
Benedicite omnia opera
dñi dño: laudate ꝛ super
exaltate eũ in secula. Bñdici-
te angeli dñi dño: bñdicite ce-
li dño. Bñdicite aque oĩes
que sup celos sunt dño: bene-
dicite oĩs virtutes dñi dño.
Benedicite sol ꝛ luna dño: be
nedicite stelle celi dño. Bene-
dicite ymber et ros dño: bene-
dicite oĩus spiritus dei dño.
Benedicite ignis ꝛ estꝰ dño:
benedicite frigꝰ et estas dño.
Bñdicite rores ꝛ pruina do-
mino: bñdicite gelu et frigus
dño. Benedicite glacies et ni
ues dño: benedicite noctes et

dies dño. Benedicite lux ⁊ tenebre dño: benedicite fulgura et nubes dño. Bñdicat terra dñm: laudet et superexaltet eũ in secula. Bñdicite mõtes et colles dño: benedicite vniuersa germinantia in terra dño. Benedicite fontes dño: benedicite maria et flumina dño. Bñdicite cethe et omnia que mouent in aquis dño: bñdicite omnes volucres celi domino. Benedicite oĩes bestie ⁊ peccora dño: bñdicite filii hominũ dño. Benedicat isrl' dominũ: laudet et superexaltet eũ in secula. Benedicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui dñi dño. Benedicite spiritus et anime iustoꝝ dño: benedicite sancti et humiles corde domino. Bñdicite anania azaria misahel dño: laudate ⁊ superexaltate eũ in secla. Benedicamus patrẽ et filiũ cũ sancto spiritu: laudem⁹ et superexaltem⁹ eum in secla. Benedictus es dñe in firmamento celi: et laudabilis ⁊ gloriosus et superexaltatus in secula.

¶ Antiphone que sequuntur dicuntur ordine ad benedicite singulis diebus dñicalibus ... ad aduentum dñi. ¶ Et est sciendum q semper cum hystoria incipitur prima aña. Ibi hec q sequit. Aña.

Est deus in celo cui nos seruimus potens est eripe nos de camino ignis et de mãibus tuis o rex liberare. Aña. Tres pueri iussu regis in camino missi sunt nõ timẽtes flammã ignis dicebãt benedictus es deus. Aña. Tres in camino ignis deãbulabat ⁊ cõlaudabant dominũ regẽ canentes ex vno ore hymnum dicebãt benedictus es deus isrl'. Aña. hymnũ dicamus alt'a domino deo nr̃o alt'a. Aña. Ambulabãt in camĩo ignis pueri tres ⁊ iter illos de⁹ erat rex ⁊ dicebant deũ regẽ habent⁹. Aña. Nõ cessabãt ministri regis succẽdere fornacẽ vt sãctos dei pueros cõburerent angelus domini descẽdit in fornacẽ et fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flãtem et refrigeriũ prestabat sãctis alt'a. Aña. Angelus domini descẽdit cũ azaria ⁊ socus eius in fornacem ⁊ fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flantẽ: flamma autẽ diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ et nõ tetigit eos ignis: tunc hi tres quasi ex vno ore conlaudabant et benedicebãt deũ dicentes benedictus es deus. Aña. Lux erat in flãmis maior q flamma mouebat: nã cuz tres pueros babilonis voluisset perdere, rex

vidit iunctū quasi quartū in quē credere dignū ē saluator: erat quē flāma timebat. Ant. Camin⁹ ardebat septies q̄ solebat ⁊ sācti tui dn̄e in medio psallebant. ananias dicebat sanct⁹ de⁹. azarias clamabat: sanct⁹ fortis. misael vna voce canebat sanct⁹ ⁊ immortalis miserere nobis. Ant. Sydrach misach et abdenago serui dei excelsi egredimini ⁊ venite. Alleluia alleluia.

Laudate dn̄ȝ de celis: laudate eū in excelsis. Laudate eū oēs angeli ei⁹: laudate eū oēs virtutes ei⁹. Laudate eū sol ⁊ luna: laudate eū oēs stelle ⁊ lumē. Laudate eū celi celoꝝ: ⁊ aque que super celos sunt laudēt nomen dn̄i. Quia ipse dixit ⁊ facta sūt: ipse mādauit ⁊ creata sūt. Statuit ea in eternū ⁊ in seculū seculi: preceptū posuit ⁊ nō preteribit. Laudate dn̄ȝ de terra: dracones ⁊ oēs abyssi. Ignis grādo nix glacies spūs pcellarū: que faciūt verbū ei⁹. Montes ⁊ oēs colles: ligna fructifera ⁊ omnes cedri. Bestie ⁊ vniuersa pecora: serpentes ⁊ volucres pēnate. Reges terre et omnes populi: principes et oēs iudices terre. Iuuenes et virgines senes cum iunioribus laudent nomen dn̄i: quia exaltatum est nomē ei⁹ solius. Confessio eius super celum ⁊ terrā: ⁊ exaltauit cornu populi sui. Hymn⁹ omnib⁹ sanctis ei⁹: filiis israel populo appropinquanti sibi.

Cantate dn̄o canticū nouum: laus ei⁹ in ecclesia sanctoꝝ. Letetur israel in eo qui fecit eum: ⁊ filie syō exultēt in rege suo. Laudent nomē eius in choro, in tympano et psalterio psallāt ei. Quia beneplacitum est dn̄o in populo suo: ⁊ exaltabit mansuetos in salutē. Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilib⁹ suis. Exultatiōes dei in gutture eoꝝ: ⁊ gladii ancipites in manib⁹ eoꝝ. Ad faciēda vindictā in natiōib⁹: increpationes ⁊ in populis. Ad alligandos reges eoꝝ i cōpedib⁹: ⁊ nobiles eoꝝ in manicis ferreis. Ut faciāt i eis iudiciū cōscriptū: glīa hec oīb⁹ sctis ei⁹.

Laudate dn̄ȝ in sctis ei⁹: laudate eū in firmamēto virtutis ei⁹. Laudate eū i virtutib⁹ ei⁹: laudate eū secūdū multitudinē magnitudinis ei⁹. Laudate eū in sono tube: laudate eū in psalterio ⁊ cythara. Laudate eū in tympano ⁊

choro: laudate eū in cordis et organo. Laudate eū in cymbalis bn̄sonātib⁹: laudate eū in cymbalis iubilationis: oīs spūs laudet dn̄m. Gloria. [illegible] Alla alla alla alla alla alla alla.

Benedictio et claritas et sapiētia et gratiar actio. honor et vir⁹ et fortitudo deo nr̄o. in secula seculoꝝ amē. Deo grās. [illegible]

Primo dicitur [illegible]

Aeterne rex cōditor. noctē dieq; qui regis. et tēporū das tēpora. et alleues fastidiū. Preco diei iā sonet. noctis pfunde puigil. nocturna lux viantibus. a nocte noctē segregās. Hoc excitat⁹ lucifer. soluit poli caliginē. hoc oīs erronū chor⁹. viā nocēdi deserit. Hoc nauta vires colligit. pōtiq; mitescūt freta. hoc ipa petra ecclesie. canēte culpā diluit. Surgam⁹ ergo strenue. gallus iacētes excitat. et sōnolētes increpat. gall⁹ negātes arguit. Gallo canente spes redit. egris sal⁹ refundit. mucro latrōis cōdit. lapsis fides reuertit. Iesu labētes respice. et nos vidēdo corrige. si respicis lapsus cadūt. fletuq; culpa soluitur. Tu lux refulge sensibus. mentisq; somnum discute. te nostra vox pmū sonet. et ore psallam⁹ tibi. Deo patri sit gloria. eiusq; soli filio. cū spū paraclito. et nunc et imppetuū. Amen. [illegible]

Ecce iā noctis tenuatur vmbra. lucis aurora. rutilās coruscat. viribus totis. rogitem⁹ oīs. cūcti potētē. Vt de⁹ noster. miserat⁹ omnē. pellat lāgorē. tribuat salutē. donet et nobis. pietate pr̄is. regna poloꝝ. Prestet hoc nobis. deitas beata. pr̄is et nati. pariterq; sācti. spūs cui⁹ reboat in oī gl'ia mūdo amē. V. Dn̄s regnauit. R. Decorē indut⁹ est alla alleluia. [illegible]

Benedict⁹ dn̄s de⁹ israel: q: visitauit et fecit redēptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui. Sicut locut⁹ est p os sanctoꝝ: qui a seculo sunt pphetaꝝ eius. Salutē ex inimicis nr̄is et de manu oīuꝫ q oderūt nos. Ad faciēdā miaꝫ cū prib⁹ nr̄is: et memorari testamēti sui sancti. Iusiurādū qd iurauit ad abraā patrē nostrū: daturꝫ se nobis. Vt sine timore de manu inimicoꝝ nostroꝝ liberati: seruiamus illi. In sanctitate et iusticia coraꝫ

ipsorum omnib⁹ dieb⁹ nr̃is. Et tu puer pp̄heta altissimi voca beris: preibis enī ante faciem dn̄i parare vias ei⁹. Ad dādā sciētia salutis plebis ei⁹: in re missione peccatoꝝ eoꝝ. Per viscera misericordie dei nostri in quib⁹ visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris ꝛ ī vmbra mortis se dēt: ad dirigēdos pedes nr̃os in viā pacis. Gloria patri et.

[illegible]

Iam lucis orto sy dere. [illegible] Deus in noīe. Tri imaculati. Retri bue. Quicūq; vult. [illegible]

[illegible] Cōfitemini [illegible]

De⁹ i noīe. [illegible]

[illegible] Quicūq; vult.

[illegible]

Iam lucis orto sydere. de us precemur supplices. vt in diurnis actib⁹. nos seruet a nocētib⁹. Linguā refrenās tē peret. ne litis orror insonet: vi sum fouēdo ꝯtegat. ne vanitates auriat. Sint pura cordis intima. absistat ꝛ vecordia. car nis terat supbiā. potus cibiq; parcitas. Ut cū dies abcesserit: noctēq; sors reduxerit. mūdi per abstinētiā. ipsi canamus gliā. Deo pr̄i sit glia. eiusq; soli filio. cum spū paraclito. ꝛ nūc ꝛ imppetuū. Amē. [illegible]

Deus de⁹ me⁹ respice in me. quare me dereliquis sti: lōge a salute mea verba de lictoꝝ meoꝝ. Deus me⁹ cla mabo p diē ꝛ non exaudies: ꝛ nocte ꝛ nō ad insipiētiā mihi. Tu aūt in sancto habitas: la⁹ israel. In te sperauerunt pr̄es nostri: sperauerunt ꝛ liberasti eos. Ad te clamauerūt ꝛ salui facti sunt: in te spauerūt et non sunt ꝯfusi. Ego aūt sum vermis ꝛ nō homo: opprobri um hominū ꝛ abiectio plebis. Omnes videtes me deriserūt me: locuti sunt labiis ꝛ moue rūt caput. Sperauit in dn̄o e ripiat eū: saluū faciat eū qm̄ vult eū. Quoniā tu es qui extraxi sti me de ventre. spes mea ab vberib⁹ matris mee: in te pro iect⁹ sum ex vtero. De vētre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. Quoniā tribulatio proxima ē: quoniā non est qui adiuuet. Circum

dederūt me vituli multi: tau-
ri pingues obsederūt mī. Ape
ruerūt super me os suuz: sicut
leo rapiens ꝛ rugiens. Sicut a-
qua effusus suz: ꝛ dispsa sunt
omnia ossa mea. Factū ē cor
meū tanꝗ cera liquescens: in
medio ventris mei. Aruit tāꝗ
testa virt⁹ mea. ꝛ lingua mea
adhesit faucib⁹ meis: ꝛ in pul
uerem mortis deduxisti me.
Qm̄ circūdederunt me canes
multi: ꝯsiliū malignantiū obse
dit me. Foderūt man⁹ meas
et pedes meos: dinumerauc-
rūt omnia ossa mea. Ipsi vero
considerauerūt ꝛ inspexerunt
me: diuiserūt sibi vestimenta
mea: ꝛ sup vestem meaȝ mise-
rūt sorte. Tu aūt dn̄e ne elon-
gaueris auxiliū tuuz a me: ad
defensione meā ꝯspice. Erue
a framea de⁹ animam meā: ꝛ
de manu canis vnicaȝ meam.
Salua me ex ore leonis: ꝛ a cor
nib⁹ vnicornuū humilitatem
meā. Narrabo nomē tuū fra
trib⁹ meis: in medio ecclesie
laudabo te. Qui timetis dn̄m
laudate eū: vniuersum semen
iacob glorificate euȝ. Timeat
euȝ omne semē israel: qm̄ non
spreuit neq; despexit depreca-
tione pauperis. Nec auertit
faciē suā a me: ꝛ cū clamarem
ad eum exaudiuit me. Apud
te lau⁹ mea in ecclesia magna:
vota mea reddā in ꝯspectu ti-
mētiū eū. Edēt pauperes ꝛ sa-
turabunt ꝛ laudabūt dn̄z qui
requirūt eū: viuēt corda eorū
in seculū seculi. Reminiscent
et ꝯuertent ad dn̄m: vniuersi
fines terre. Et adorabunt in
ꝯspectu ei⁹: vniuerse familie
gētiū. Qm̄ dn̄i est regnū: ꝛ ip-
se dominabit gentiū. Mandu-
cauerūt ꝛ adorauerūt oēs pin
gues terre i ꝯspectu ei⁹: cadēt
oēs qui descēdūt in terrā. Et
anima mea illi viuet: ꝛ semen
meū seruiet ipi. Annūciabit
dn̄o generatio vētura: ꝛ annū
ciabūt celi iusticiā ei⁹: populo
qui nascet quē fecit dn̄s. Ps.

Dominus regit me ꝛ nihil
mihi deerit: in loco pas-
cue ibi me collocauit. Sup a-
quā refectionis educauit me:
aiam meā ꝯuertit. Deduxit
me sup semitas iusticie: pꝑter
nomē suū. Nā ꝛ si ambulaue
ro in medio vmbre mortis nō
timebo mala: qm̄ tu mecū es.
Virga tua ꝛ bacul⁹ tu⁹: ipsa
me ꝯsolata sūt. Parasti in cō-
spectu meo mēsam: aduersus
eos qui tribulāt me. Impīga-
sti in oleo caput meū: ꝛ calix
meus inebriās ꝗ̄ pclar⁹ e. Et

misericordia tua subsequetur me: omnib⁹ diebus vite mee. Et vt inhabitem in domo dñi: in lõgitudiné dieꝝ. Gl'ia. Ps.

D Omini ẽ terra ⁊ plenitudo ei⁹: orbis terraꝝ ⁊ vniuersi qui hītãt ĩ eo. Qz ipse super maria fũdauit eũ: ⁊ super flumina pparauit euz. Quis ascẽdet in mõté dñi: aut quis stabit in loco scõ ei⁹. Innocẽs manib⁹ ⁊ mũdo corde: qui nõ accepit ĩ vano aiã3 suã: nec iurauit ĩ dolo ꝓximo suo. Hic accipiet bñdictioné a dño: ⁊ misericordiã a deo salutari suo. Hec e gñatio qrentiũ eũ: qrẽtium faciẽ dei iacob. Attollite portas pñcipes vr̃as: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorie. Quis e iste rex glorie: dñs fortis ⁊ potẽs: dñs potẽs ĩ ꝑlio. Attollite portas pñcipes vestras: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ itroibit rex glie. Quis e iste rex glie: dñs virtutũ ipse e rex glorie. Ps.

A D te dñe leuaui aiã3 meã: de⁹ me⁹ ĩ te ↄfido nõ erubescã. Neq3 irrideãt mẽ inimici mei: etenĩ vniuersi q̃ sustinẽt te nõ ↄfũdent. Cõfũdãtur oẽs iniqua agẽtes: supuacue. Vias tuas dñe demõstra mihi: et semitas tuas edoce me. Dirige mẽ in veritate tua ⁊ doce mẽ: q2 tu es de⁹ saluator me⁹: ⁊ te sustinui tota die. Reminiscere miꝫatõnũ tuaꝝ dñe et misericordiaꝝ tuaꝝ q̃ a seclo sũt. Delicta iuuentutis mee: ⁊ ignorãtias meas ne memineris. Scdʒ miam tuã memento mei tu: ꝓpt̃ bonitaté tuã dñe. Dulcis ⁊ rect⁹ dñs: ꝓpt̃ hoc legẽ dabit delinq̃ntib⁹ in via. Diriget mãsuetos ĩ iudicio: docebit mites vias suas. Vniuerse vie dñi mia ⁊ veritas: reqrẽtib⁹ testamẽtũ ei⁹ ⁊ testimonia ei⁹. Propter nomẽ tuũ dñe ꝓpiciaberis peccato meo: multũ e enim. Quis e homo qui timet dñm: legẽ statuit ei in via q̃ elegit. Anima ei⁹ in bonis demorabit̃: ⁊ semen ei⁹ hereditabit terrã. Firmamẽtũ est dñs timẽtib⁹ eũ: ⁊ testamẽtũ ipsi⁹ vt manifestet̃ illis. Oculi mei semꝑ ad dñm: q2 ĩ ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me ⁊ miserere mei: quia vnicus ⁊ pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Vide humilitaté meã ⁊ laborem meũ: et dimitte vniuersa delicta mẽa. Respice inimicos meos quoniam multiplicati

sunt: et odio iniquo oderunt
me. ustodi animã meam ꝛ
erue me: nõ erubescã qm̃ spa-
ui in te. nnocẽtes ꝛ recti ad-
heserũt mihi: quia sustinui te
ibera de⁹ israel: ex omnib⁹
tribulatiõib⁹ suis. lia. ps.
IUdica me dñe qm̃ ego in
innocẽtia mea ingressus
sum: ꝛ in dño sperãs nõ infir-
mabor. roba me dñe ꝛ tẽp-
ta me: vre renes meos ꝛ cor me
um. m̃ misericordia tua an
te oculos meos est: ꝛ cõplacui
in veritate tua. on sedi cũ
cõsilio vanitatis: ꝛ cũ iniqua
gerẽtib⁹ nõ introibo. diui
ecclesiã malignãtiũ: ꝛ cũ im-
pijs nõ sedebo. auabo inter
innocẽtes man⁹ meas: ꝛ circũ
dabo altare tuũ dñe. t au-
diam vocem laudis: ꝛ enarrẽ
vniuersa mirabilia tua. o
mine dilexi decorẽ dom⁹ tue:
et locũ habitatiõis glorie tue.
e perdas cũ impijs de⁹ ani
mã meã: ꝛ cũ viris sanguinũ
vitam meam. n quorũ ma-
nibus iniquitates sunt: dexte
ra eorum repleta est muneri-
bus. go autem in innocen-
tia mea ingressus sũ: redime
me ꝛ miserere mei. es me⁹
stetit in directo: in ecclesijs be-
nedicam te domine. Psalm⁹

DEus in nomine tuo sal-
uũ me fac: ꝛ in virtute
tua iudica me. eus exaudi
oratiõẽ meã: aurib⁹ percipe
verba oris mei. m̃ alieni in
surrexerũt aduersũ me: ꝛ for
tes quesierũt animam meã: ꝛ
non proposuerũt deum ante
conspectũ suum. cce enim
de⁹ adiuuat me: ꝛ dñs suscep
tor est anime meẽ. uerte ma-
la inimicis meis: ꝛ in veritate
tua disperde illos. oluntã-
rie sacrificabo tibi. ꝛ cõfitebor
nomini tuo dñe: qm̃ bonũ est.
m̃ ex omni tribulatiõe eri-
puisti me: ꝛ sup inimicos me-
os despexit oculus meus. lo
[illegible]
[illegible] Confitemini. [illegible]
[illegible]
[illegible] sed
[illegible]
[illegible] sunt nõ
[illegible] Do-
minus regnauit decorẽ. Ps.
COnfitemini dño quoni-
am bonus: quoniam in
seculũ misericordia ei⁹. i-
cat nũc israel quoniam bon⁹:
quoniam in seculum miseri-
cordia eius. icat nunc do-
mus aaron: quoniam in secu-
lum misericordia ei⁹. icat

nunc qui timent dominum: quoniam in seculū misericordia eius. De tribulatione inuocaui dñm: et exaudiuit me in latitudinem dñs. Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: et ego despiciā inimicos meos. Bonū est cōfidere in dño: quā cōfidere in homine. Bonū est sperare in dño: q̄ sperare in principibus. Omnes gentes circuierūt me: et in nomine dñi quia vltus sum in eos. Circūdantes circūdederūt me: et in nomine dñi quia vltus sum in eos. Circūdederūt me sicut apes et exarserūt sicut ignis in spinis: et in nomine dñi qz vltus sum in eos. Impulsus euersus sum vt caderem: et dñs suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dñs: et factus est mihi in salutē. Vox exultatiōis et salutis: in tabernaculis iustoꝝ. Dextera dñi fecit virtutem. dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem. Non moriar sed viuā: et narrabo opera domini. Castigans castigauit me dominus: et morti non tradidit me. Aperite mihi portas iusticie, ingressus in eas cōfitebor domino: hec porta domini iusti intrabunt in eā. Confitebor tibi domine quoniā exaudisti me: et factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt hedificantes: hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Hec ē dies q̄ fecit dominus: exultemus et letemur in ea. O domine saluum me fac: o domine bene prosperare benedictus qui venit in nomine domini. Benediximus vobis de domo domini: deus dominus et illuxit nobis. Constituite diem solemnem in condensis: vsq; ad cornu altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te. Confitebor tibi qm̄ exaudisti me: et factus es mihi in salutē. Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculū mercia eius. Gloria.

Beati immaculati in via: q̄ ambulāt in lege dñi. Beati q̄ scrutant testimonia eius: in toto corde exquirūt eū. Nō eiū q operant iniquitatē: in vijs eius ambulauerūt. Tu mādasti: mādata tua custodiri nimis. Utinā dirigāt vie mee: ad custodiēdas iustificatiōes tuas. Tūc nō cōfūdar cū pspexero in oibus mādatis tuis

C onfitebor tibi in directiõe
cordis:in eo q diodisci iudicia
iusticie tue. I ustificationes tu
as custodiã: non me derelin-
quas vsquequaq. [illegible]

I N quo corrigit adolescẽ-
tior viã suã:in custodien-
do sermões tuos. I n toto cor
de meo exquisiui te:ne repel
las me a mãdatis tuis. I n cor
de meo abscõdi eloquia tua:
vt nõ peccẽ tibi. B ñdict⁹ es
dñe:doce me iustificatiões tu-
as I n labiis meis:pronũciaui
oĩa iudicia oris tui. I n via te-
stimonior tuor delectat⁹ sũ:
sicut in oib⁹ diuiciis. I n man
datis tuis exercebor:⁊ ↄsidera
bo vias tuas. I n iustificatiõi-
b⁹ tuis meditabor:nõ obliui-
scar sermones tuos. Glia. [illegible]

R Etribue seruo tuo:viui-
fica mĩ ⁊ custodiã sermo
nes tuos. R euela oclos mos:
⁊ ↄsiderabo mirabilia de lege
tua. I ncola ego sum i terra:ne
abscondas a me mãdata tua.
C oncupiuit aĩa mea desid-
rare iustificatiões tuas:i om
ni tepore. I ncrepasti supbos:
maledicti qui declinãt a man
datis tuis. A ufer a me oppro
briũ ⁊ cõteptũ:q: testimonia
tua exquisiui. E tenim sede-
rũt principes. ⁊ aduersum me
loquebantur: seru⁹ autẽ tu⁹
exercebat in iustificationibus
tuis. N am ⁊ testimonia tua
meditatio mea est:⁊ ↄsiliũ me
um iustificationes tue. [illegible]

A Dhesit pauimento ani-
ma mea:viuifica me se-
cundũ verbũ tuũ. V ias meas
annũciaui ⁊ exaudisti me: do-
ce me iustificatiões tuas. V i-
aꝫ iustificationũ tuaꝝ instrue
me: ⁊ exercebor in mirabilib⁹
tuis. D ormitauit anima mẽa
pre tedio:ↄfirma me in verbis
tuis. V iã iniquitatis amoue
a me: ⁊ de lege tua miserere mĩ.
V iam veritatis elegi:iudicia
tua nõ sum oblit⁹. A dhesi te-
stimoniis tuis dñe:noli mĩ cõ-
fundere. V iam mãdator tu
or cucurri:cũ dilatasti cor me
um. Gloria. [illegible]
[illegible]

Q Uicũq vult salu⁹ eẽ. an
te oĩa op⁹ ẽ: vt teneat ca
tholicã fidẽ. Q uã nisi quisq
integrã inuiolatãq seruaue-
rit: absq dubio in eternũ peri
bit. F ides autẽ catholica hec
est vt vnum deum in trinita-
te:⁊ trinitatem in vnitate ve-
neremur. N eq ↄfũdẽtes per
sonas:neq substantiã separã-
tes. A lia est enim psona prĩs.
alia filii:alia spũssancti. S ed

patris et filij ⁊ spiritꝰ sancti
vna est diuinitas: equalis glo
ria coeterna magestas. Qua
lis pater talis filiꝰ. talis spiri
tus sanctus. Increatus pater
increatꝰ filiꝰ: increatus spuſ
ſācꝰ. Immēſus pater immē
ſus filiꝰ: immēſus ſpuſſācꝰ.
Eternꝰ pr̄ eternꝰ filiꝰ: eter
nus spiritusſanctꝰ. Et tamē
nō tres eterni: ſʒ vnus eternꝰ.
Sicut nō tres icreati nec tres
immēſi: ſed vnus increatus ⁊
vnus immēſus. Similr̄ om
nipotens pater. omnipotens
filiꝰ. oipotēs ſpuſſanctus. Et
tamen nō tres oipotentes: ſʒ
vnus omnipotēs. Ita deus pr̄
deus filius: deus spiritusſan
ctus. Et tamē nō tres dij: ſʒ
vnus est deus. Ita dn̄s pater.
dn̄s filiꝰ: dn̄s spiritusſanctꝰ.
Et tn̄ nō tres dn̄i: ſed vnꝰ est
dn̄s. Quia ſicut ſingillatim
vnamquāqʒ ꝑſona deum aut
dn̄m cōfiteri: xp̄iana veritate
cōpellimur. Ita tres deos aut
dn̄os dicere: catholica religio
ne ꝓhibemur. Pater a nullo
est factꝰ: nec creatꝰ nec genitꝰ.
Filiꝰ a patre ſolo est: nō factꝰ
nec creatꝰ ſed genitꝰ. Spiritꝰ
ſāctus a pr̄e et filio: nō factus
nec creatꝰ nec genitꝰ ſed proce
dens. Unus ergo pr̄ nō tres

patres: vnꝰ filiꝰ nō tres filij:
vnus spiritusſanctus nō tres
spiritusſancti. Et in hac tri
nitate nihil prꝰ aut posteriꝰ.
nihil maiꝰ aut minꝰ: ſed tote
tres ꝑſone coeterne ſibi ſunt
et coequales. Ita vt ꝑ omnia
ſicut iam ſupradictū est: ⁊ vni
tas in trinitate: ⁊ trinitas in
vnitate veneranda ſit. Qui
vult ergo ſalꝰ eſſe: ita de tri
nitate ſentiat. Sed neceſſariū
est ad eternā ſalutē. vt incar
nationem q̄ʒ dominī nr̄i ieſu
xp̄i: vnuſquiſqʒ fideliter cre
dat. Est ergo fides recta: vt
credamus ⁊ cōfiteamur quia
dn̄s noster ih̄s xp̄s dei filius:
deus ⁊ homo ē. Deus est ex
ſubſtātia patris āte ſecula ge
nitus: homo est ex ſubſtantia
matris in ſeculo natꝰ. Perfe
ctus deꝰ: ꝑfectꝰ homo: ex aīa
ratiōali ⁊ humana carne ſub
ſiſtens. Equalis patri ſcd̄m
diuinitatē: minor patre ſecū
dum humanitate. Qui licet
deus ſit ⁊ homo: nō duo tamē
ſed vnꝰ est xp̄s. Unus aūt nō
conuerſiōe diuinitatis in car
ne: ſed aſſumptione humani
tatis in deū. Unus omnino
nō cōfuſione ſubſtātie ſʒ vni
tate ꝑſone. Nam ſicut aīa ra
tionalis ⁊ caro vnꝰ est homo:

ita deus et homo vnus est xps. Qui passus est pro salute nostra descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis: inde venturus iudicare viuos et mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: et reddituri sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternum. Hec est fides catholica: quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit saluus esse non poterit. Gloria patri.

[illegible]

Dominus regit me et nihil mihi deerit in loco pascue ibi me col

Regi autem [illegible] locauit. seculorum immortali et inuisibili soli deo honor et gloria in secula seculorum. Amen. Deo gratias. [illegible]

Pacem et veritatem diligite: ait dominus omnipotens. Deo gratias. Xpe fili dei viui. Miserere nobis. Qui sedes ad dexteram patris. Miserere. Gloria patri. Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum. Kyrieleyson. ter. Christeleyson. ter. Kyrie. ter.

Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua: sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem. R. Sed libera nos a malo. Amen. V. Viuet anima mea et laudabit te. R. Et iudicia tua adiuuabunt me. V. Erraui sicut ouis que periit. R. Quere seruum tuum domine quia mandata tua non sum oblitus.

Credo in deum. Patrem omnipotentem. Creatorem celi et terre. Et in ihesum xpm filium eius. vnicum dominum nostrum. Qui conceptus est de spiritu sancto. Natus ex maria virgine. Passus sub pontio pylato. crucifixus mortuus et sepultus. Descendit ad inferos. tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos. Sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Credo in spiritum sanctum. sanctam ecclesiam catholicam. sanctorum communionem. remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam eternam. Amen. V. Repleatur os

meum laude. ℟ Ut cantem gloriam tuã, tota die magnitudinem tuam. ℣ Dñe auerte faciem tuã a peccatis meis. ℟ Et omnes iniquitates meas dele. ℣ Cor mundum crea in me deus. ℟ Et spiritum rectũ innoua in visceribus meis. ℣ Ne proiicias me a facie tua ℟ Et spiritũ sanctum tuũ ne auferas a me. ℣ Redde mihi leticiã salutaris tui. ℟ Et spiritu principali confirma me.

Ego peccator confiteor deo et beatissime virgini marie et beatis apostolis suis petro et paulo. et omnibus sanctis dei. Et vobis pater me grauiter peccasse per superbiã cogitãdo. loquendo. operãdo. Et in cũctis aliis viciis meis malis. mea culpa. mea maxima culpa.

Misereatur. Deo gratias.

Misereatur vestri omnipotẽs de⁹ et dimissis omnib⁹ peccatis vestris perducat vos pius pater ad vitam eternam. Amen.

Conuerte nos deus salutaris noster. ℟ Et auerte iram tuã a nob. ℣ Dignare dñe die isto. ℟ Sine peccato nos custodire. ℣ Miserere nostri dñe. ℟ Miserere nostri. ℣ Fiat misericordia tua dñe sup nos ℟ Quemadmodũ sperauimus in te. ℣ Ab occultis meis munda me dñe. ℟ Et ab alienis parce seruo tuo. ℣ Dñe exaudi orationẽ meã. ℟ Et clamor meus ad te veniat. ℣ Dñs vobiscum. ℟ Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine de⁹ oĩpotẽs pr qui ad principiũ huius diei nos puenire fecisti. p intercessionẽ beate marie semp virginis. et omniũ sctõrum. tua nos hodie salua virtute. vt in hac die ad nullũ declinemus peccatum. sed semp ad tuã iusticiam faciẽdã. nostra pcedãt eloquia. dirigantur cogitatões. et opera. Per. Dñs vobiscũ. Benedicam⁹ dño. Preciosa in conspectu dñi. ℟ Mors sctõrum ei⁹

Sancta maria et omnes sancti dei intercedãt pro nobis ad dñm deũ nostrũ: vt nos mereamur cũ illis possidere et hẽre vitã eternã. Amẽ

De⁹ i adiutoriũ meũ intẽde. Dñe ad adiuuãdũ me festina

[illegible] Gloria patri. Sicut erat in prin. Oremus.

Dirigere et sctificare digneris dñe ihũ xpe fili dei viui. hodie quesum⁹ corda et corpora nostra. vt i exeqndis mãdatis tuis et volũtate tibi et actiõe placeam⁹. Saluator mũdi salua nos. Qui cũ etno pře et spũ scõ viuis et regnas d⁹

per omnia secl'a scłoꝝ. Amē. Adiutoꝛiū nostruꝫ in nomie dñi. ℟. Qui fecit celū ⁊ terram. Ps.

L Audate dñm omnes gē-tes. laudate eum omnes populi. Qm̄ ꝯfirmata est sup nos misericoꝛdia ei⁹. et veritas dñi manet i eternū. Gl'ia pri. Sicut erat. ℣. Ostēde nob dñe miam tuā. ℟. Et salutare tuū da nob. ℣. Dñe exaudi oꝛoēꝫ meā. ℟. Et clamoꝛ. ℣. Dñs vobi. Oꝛem⁹.

A Ctiones nr̄as qs. dñe aspirādo preueni et adiuuādo proseqre: vt cūcta nostra opatio ⁊ oꝛatio a te sē-per incipiat. ⁊ p te cepta finia-tur. Per xp̄ꝫ dñꝫ nr̄m. Amē. Benedicam⁹ dño. Deo gratias. Dies ⁊ actus nr̄os in sua pace dis-ponat omnipotēs ⁊ misericoꝛs dñs. Amen. Diuinū auxiliū sit semp nobiscum. Amen. Sit nobis lux et via qui natus est de virgine ma-ria. Amen. Salue regina. ℣. Oꝛa p nob. Oꝛam tuā.

[illegible]

libus ad primam [illegible] hymnus.

Jam lucis oꝛto sidere. psal⁹. De⁹ i noie. Beati immacula-ti. Retribue. Quicunqꝫ vult. [illegible] Beati qui scrutantur testi-monia dei. [illegible]

D Omie miserere nostri te enīꝫ expectauimus esto brachiū nr̄m in mane et salus nostra in tēpoꝛe tribulatiōis. Deo gratias. ℟. Chꝛiste fili dei viui. Miserere nobis. ℣. Qui sedes ad dexteram patris. ℟. Mi-serere. Gloꝛia patri. ℣. Exurge domie adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomē tuuꝫ. kyrl' ter. Xp̄el'. kyrl'. Pater nr̄. Et ne nos. ℣. Viuet aia mea et laudabit te. ℟. Et iudicia tua adiu-uabūt me. ℣. Erraui sicut ouis q̄ perijt. ℟. Quere seruū tuū dñe qꝛ mādata tua nō sum oblit⁹. Cre-do in deum. Carnis resurre-ctionē. Vitaꝫ eternā amen. ℣. Repleat os meū laude. ℟. Vt di-cam gloꝛiā tuaꝫ tota die magnitu-dinē tuā. ℣. Dñe auerte faciē tuaꝫ a peccatis meis. ℟. Et omnes ini-quitates meas dele. ℣. Coꝛ mūdū crea in me deus. ℟. Et spiritū re-ctum innoua in viscerib⁹ meis. ℣. Ne proiicias me a facie tua. ℟. Et spm̄ sanctū tuū ne auferas a me. ℣. Redde mihi leticiaꝫ salutaris tui. ℟. Et spū principali confirma me. ℣. Eripe me dñe ab homine ma-

to. ℟. A viro iniquo eripe me. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus. ℟. Et ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem. Et de viris sanguinum salua me. Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi. Ut reddam vota mea de die in diem ℣. Exaudi nos deus salutaris noster. ℟. Spes omnium finium terre et in mari longe. ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. ℣. Sanctus deus sanctus fortis sanctus et immortalis ℟. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nob. ℣. Benedic anima mea domino. ℟. Et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. ℣. Benedic aia mea dño. ℟. Et noli obliuisci omnes retributiones eius ℣. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis. ℟. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam. Qui coronat te in misericordia et miserationibus ℣. Qui replet in bonis desiderium tuum. ℟. Renouabitur vt aquile iuuentus tua. Ego peccator. Misereatur. Conuerte nos deus salutaris noster. ℟. Et auerte iram tuam a nobis. Dignare domine die isto. Sine peccato nos custodire. Miserere nostri domine. Miserere nostri. Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum speramus in te. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Miserere mei deus. [illegible] Et cum gloria patri. [illegible] Exurge christe adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. ℣. Domine deus virtutum conuerte nos ℟. Et ostende faciem tuam et salui erimus. Domino vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. [illegible] Domine deus omnipotens pater. [illegible] Preciosa in conspectu domini Mors sanctorum eius. [illegible]

Sancta maria et omnes sancti dei intercedant pro nobis ad dominum deum nostrum, ut nos mereamur cum illis possidere et hereditatem eternam. [illegible] Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina [illegible] Gloria patri. Sicut kyriel. Christel. kyriel. Pater noster. Et ne nos [illegible] Respice in seruos tuos et in opera tua et dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri super nos et opera manuum nostrarum dirige super nos et opus manuum nostrarum dirige. Gloria patri. Sicut erat. Oremus. [illegible] Dirige et sanctificare. [illegible] [illegible] ordinationem [illegible]

¶ Feria secunda. Inuitatoriu. Venite exultemus domino. ℣ Jubilemus deo. Ps.
Venite exultemus domino. iubilem⁹ deo salutari nostro. Preoccupemus faciem eius in confessione. et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus. et rex magnus super omnes deos. quoniam non repellit dominus plebem suam. quia in manu eius sunt omnes fines terre.
[illegible]

Somno refectis artub⁹. spreto cubili surgimus. nobis pater canentibus. adesse. te deposcimus. [illegible]e lingua primum concinat. te mentis ardor ambiat. vt actuum sequentium. tu sancte sis exordium. [illegible]edant tenebre lumini. et nox diurno syderi. vt culpa quam nox intulit. lucis labescat munere. [illegible]ecamur idem supplices. noxas vt omnes amputes. et ore te canentium. lauderis imperpetuum. [illegible]esta pater piissime. patrique compar vnice cum spiritu paraclito. regnans per omne seculum. Amen.
[illegible] Dominus defensor vite. Psalmus dauid.

Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo. [illegible]ominus protector vite mee a quo trepidabo. [illegible]um appropiant super me nocentes vt edant carnes meas. [illegible]ui tribulant me inimici mei. ipsi infirmati sunt et ceciderunt. [illegible] consistant aduersum me castra. non timebit cor meum. [illegible] exsurgat aduersum me prelium. in hoc ego sperabo. [illegible]nam peti a domino hanc requiram. vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Ut videam voluntatem domini. et visitem templu eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo. in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me. et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. [illegible]ircuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo et psalmum dicam domino. Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor me

um. exquisiuit te facies mea:
faciem tuam domine requi-
ram. Ne auertas faciem tu-
am a me: ne declines in ira a
seruo tuo. Adiutor me⁹ esto
ne derelinquas me: neq; des-
picias me deus salutaris me-
us. Quoniam pater meus et
mater mea dereliquerunt me:
dominus autē assumpsit me.
Legem pone mihi domine
in via tua: et dirige me in se-
mita recta: propter inimicos
meos. Ne tradideris me in
animas tribulantiū me: quo
niam insurrexerunt in me te-
stes iniqui: et mentita est ini-
quitas sibi. Credo videre
bona domini: in terra viuen
tium. Expecta dominum vi
riliter age: et confortetur cor
tuum et sustine dominum.

AD te dñe clamabo deus
meus ne sileas a me ne-
quando taceas a me: ⁊ assimi
labor descendentibus in lacū.
Exaudi domine vocem de
precationis mee dum oro ad
te: dum extollo manus meas
ad templum sanctum tuum.
Ne simul tradas me cū pec-
catoribus: et cum operantib⁹
iniquitatē ne pdas me. Qui
loquuntur pacem cum proxi
mo suo: mala autem in cordi-
bus eorum. Da illis secun-
dum opera eorum: et secun-
dum nequiciam adinuentio-
num ipsorum. Secundum o
pera manuum eorum tribue
illis: redde retributionē eo-
rū ipsis. Quoniam nō intel
lexerunt opera domini: et in
opera manuum eius destru-
es illos: et non edificabis eos
Benedictus dominus: quo-
niam exaudiuit vocem depre-
cationis mee. Dominus ad-
iutor meus et protector me-
us: ⁊ in ipso sperauit cor me-
um: et adiutus sum. Et reflo
ruit caro mea: et ex voluntate
mea cōfitebor ei. Dominus
fortitudo plebis sue: ⁊ prote-
ctor saluationum christi sui
est. Saluum fac populum tu
um domine et benedic heredi
tati tue: et rege eos ⁊ extolle
illos vsq; in eternum.
Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui
sācto. Sicut erat in principio
et nūc et semper et in secula se
culorum. Amen.
Dominus defensor vite mee.
Adorate domi-
num.
AFferte domino filii dei:
afferte domino filios arie
tum. Afferte domino gloriā

et honorem: afferte dño gl'iaz nomini ei⁹: adorate dñm in atrio sancto eius. Vox dñi sup aquas. deus magestatis intonuit: dñs sup aquas multas. Vox dñi in virtute: vox domini in magnificētia. Vox dñi cōfringētis cedros: ꝛ cōfringet dominus cedros libani. Et cōminuet eos tanq̄ vitulū libani: et dilectus queadmodū fili⁹ vnicornui. Vox dñi intercidetis flāmam ignis. vox domini cōcutientis desertū: et cōmouebit dñs desertū cades. Vox dñi preparātis ceruos. et reuelabit cōdensa: et in templo eius oēs dicent gl'iam. Dominus diluuiū ihabitare facit: et sedebit dñs rex in eternum. Dñs virtutē populo suo dabit: dñs benedicet pplo suo in pace. Exaltabo te dñe. qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Dñe de⁹ meus clamaui ad te: et sanasti me. Dñe eduxisti ab inferno animā meaz: saluasti me a descēdentib⁹ in lacū. Psallite dño sācti ei⁹: ꝛ ɔfitemini memorie scitatis ei⁹. Qm̄ ira i indignatione eius ꝛ vita in voluntate eius. Ad vesperū demorabitur flet⁹: ꝛ ad matutinum leticia. Ego autem dixi in abūdātia mea: non mouebor in eternum. Dñe in voluntate tua: prestitisti decori meo ꝟtutē. Auertisti faciē tuā a me: et factus sum conturbat⁹. Ad te domine clamabo: et ad deū meum deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionē. Nunquid cōfitebitur tibi puluis: aut annūciabit veritate tuaz. Audiuit dñs et misertus est mei: dominus fact⁹ est adiutor meus. Conuertisti planctū meū in gaudiū mihi: cōcidisti saccū meuz: ꝛ circumdedisti me leticia. Ut cātet tibi gl'ia mea et nō cōpungar: dñe deus meus in eternum confitebor tibi. Gloria pri. Adorate dñm in aula sancta eius. Ps. In te dñe. In iusticia.

In te dñe speraui nō cōfūdar i eternū: in iusticia tua libera me. Inclina ad me aure tuam: accelera vt eruas me. Esto mihi in deū protectorem. et in domuz refugii: vt saluum me facias. Qm̄ fortitudo mea et refugium meū es tu: et propter nomen tuū deduces me ꝛ enutries me. Educes me de laqueo quē abscōderūt mihi: qm̄ tu es protector meus. In manus

tuas comendo spiritum me-
um:redemisti me dñe de° ve-
ritatis. [O]disti obseruátes va
nitates: supuacue. [E]go aũt
in dño speraui:exultabo τ leta
bor in misericordia tua. [Q]ñ
respexisti humilitaté meá:sal-
uasti de necessitatib° animaȝ
meá. [N]ec cõclusisti me in ma-
nib° inimici: statuisti in loco
spacioso pedes meos. [M]ise-
re mei dñe qñ tribulor: ↄtur-
bat° est in ira oculus me°:aïa
mea τ venter me°. [Q]ñ defecit
in dolore vita mĩa: τ anni mei
in gemitib°. [I]nfirmata est in
paupertate virtus mea: τ ossa
mea ↄturbata sunt. [S]up oẽs
inimicos meos fact° sum op-
probriũ vicinis meis valde:et
timor notis meis. [Q]ui vide-
bant me foras fugerũt a me:
obliuioni dat° sum tã ꝙ mor-
tu° a corde. [F]act° sum tan ꝙ
vas perditũ:qñ audiui vitu-
peratione multoꝛ ↄmorátiũ
in circuitu. [I]n eo dũ ↄuenirét
simul aduersum me: accipere
animá meá ↄsiliati sũt. [E]go
aũt in te speraui dñe. dixi de°
me° es tu: in manib° tuis sor
tes mee. [E]ripe me de manu-
bus inimicoꝛ meorũ: τ a pse-
quẽtib° me. [I]llustra facié tuá
sup seruũ tuũ.saluũ me fac in
misericordia tua dñe:non con
fũdar qñ inuocaui te. [E]ru-
bescát impii τ deducant in in
fernũ:muta fiát labia dolosa.
[Q]ue loquũtur aduersus iu-
stũ iniquitateȝ:in supbia τ in
abusione. [Q]uá magna mul-
titudo dulcedinis tue dñe: ꝙ
abscódisti timétib° te. [P]erfe-
cisti eis qui sperát in te:in cõ-
spectu filioꝛ hominũ. [A]bscó-
des eos i abscódito faciei tue:
a cõturbatione hominũ. [P]ro
teges eos in tabernaculo tuo
a cõtradictione lingu[ar]ũ. [B]e-
nedictus dñs qñ mirificauit
misericordiá suá mihi: in ciui
tate munita. [E]go aũt dixi in
excessu mentis mee: proiectus
sũ a facie oculoꝛ tuoꝛ. [I]deo
exaudisti vocé orõis mee:dũ
clamaré ad te. [D]iligite dñm
oñs sancti ei°. qñ veritatem
requiret dñs:τ retribuet abũ
danter faciẽtib° supbiã. [U]iri
liter agite τ ↄfortet cor vestrũ
oẽs qui spatis in dño. [Gl]a.

[B]Eati quoꝛ remisse sunt
iniquitates: τ quoꝛũ te-
cta sunt peccata. [B]eatus vir
cui non imputauit dñs pecca
tũ:nec est in spũ ei° dol°. [Q]ñ
tacui inueterauerũt ossa mĩa:
dũ clamaré tota die. [Q]ñ die
ac nocte grauata est super me

manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: et iniusticiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore oportuno. Uerum tamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione que circumdedit me: exultatio mea erue me a circumdantibus me. Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus. In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circumdabit. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Gloria. Añ. In tua iusticia libera me domine. Añ. Rectos decet collau. Psalmus.

Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Confitemini domino in cythara in psalterio decem cordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione. Quia rectum est verbum domini: et omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam et iudicium: misericordia domini plena est terra. Uerbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos. Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum: et reprobat consilia principum. Consilium autem domini in eternum manet: cogitationes cordis eius in generatione et generatione. Beata gens cuius est dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi. De celo respexit dominus vidit omnes filios hominum. De preparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit singillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum. Non saluatur rex per multam virtutem: et gigas non saluabitur in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis sue non saluabitur. Ecce oculi domini super metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Ut eru-

at a morte animas eorum: et alat eos in fame. Anima nr̃a sustinet dn̄m: qm̄ adiutor et protector noster ē. Quia in eo letabit̃ cor nostrū: et in nomine sancto ei9 sperabim9. Fiat misericordia tua dn̄e super nos: quēadmodū sperauim9 in te. Ps.

Benedicam dn̄m in omni tempore: sem̄p lau9 ei9 in ore meo. In dn̄o laudabit̃ anima mea: audiāt mansueti et letent̃. Magnificate dn̄m mecū: et exaltem9 nomē ei9 in idipsum. Exquisiui dn̄m et exaudiuit me: et ex omnib9 tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eū et illuminamini: et facies vestre nō confundent̃. Iste pauper clamauit et dn̄s exaudiuit eū: et ex omnib9 tribulatiōib9 ei9 saluauit eū. Immittit angel9 dn̄i in circuitu timentiū eum: et eripiet eos. Gustate et videte qm̄ suauis est dn̄s: beatus vir qui sperat in eo. Timete dn̄m om̄es sancti ei9: qm̄ nō est inopia timentibus eum. Diuites eguerūt et esurierunt: inquirentes autem dn̄m non minuentur omni bono. Venite filij audite me: timorem dn̄i docebo vos. Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos. Prohibe linguam tuam a malo: et labia tua ne loquant̃ dolū. Diuerte a malo et fac bonum: inquire pacē et persequere eam. Oculi dn̄i super iustos: et aures eius ad preces eorum. Vultus autem dn̄i super faciētes mala: vt p̄dat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti et dn̄s exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationib9 eorum liberauit eos. Iuxta est domin9 his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit. Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberauit eos dn̄s. Custodit dn̄s om̄ia ossa eorum: vnū ex his non cōteret̃. Mors peccatorum pessima: et qui oderūt iustū delinquent. Redimet dn̄s aīas seruorum suorum: et nō delinquent oēs qui sperant in eo. Gl̄ia. Aā. Rectos decet collaudatio. Aā. Expugna.

Iudica dn̄e nocētes me: expugna impugnantes me. Ps. Apprehēde arma et scutū et exurge in adiutorium mihi. Effunde frameā et cōclude aduersus eos qui p̄sequunt̃ me: dic anime mee salus tua ego sum. Confundantur et reuereant̃ querentes animā meā. Auertant̃ retrorsum et confundātur: cogitantes mihi mala.

Fiant tan͡q̃ puluis ante faciem vẽti: ⁊ angel⁹ dñi coartãs eos. Fiat via illoꝝ tenebre et lubricũ: ⁊ angel⁹ dñi ꝑsequẽs eos. Qm̃ gratis abscõderunt mihi interitũ laquei sui: sup uacue exprobrauerũt animã meã. Ueniat illis laque⁹ quẽ ignorãt. ⁊ captio quã abscõderũt apprehẽdat eos: ⁊ in laqueum cadãt in ipso. Anima mea exultabit i dño: ⁊ delectabit̃ sup salutari suo. Omnia ossa mea dicẽt: dñe quis similis tibi. Eripies in opem de manu fortiorum ei⁹: egenũ et pauperẽ a diripiẽtib⁹ eũ. Surgẽtes testes iniqui: que ignorabã interrogabãt me. Retribuebãt mihi mala pro bonis sterilitatẽ anime mee. Ego aũt cũ mihi molesti essent: induebar cilicio. Humiliabã in ieiunio animã meã: ⁊ oõ mẽa in sinu meo cõuertet̃. Quasi proximũ: ⁊ quasi fratrẽ nostrũ sic ꝯplacebã: quasi lugẽs ⁊ cõtristatus sic humiliabar. Et aduersum me letati sunt ⁊ cõuenerũt: ꝯgregata sunt super me flagella ⁊ ignoraui. Dissipati sunt nec ꝯpũcti. tẽptauerũt me subsanauerũt me subsanatione: frẽduerunt sup me dẽtib⁹ suis. Domine quãdo respicies restitue animã meã a malignitate eoꝝ: a leonib⁹ vnicã meã. Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te. Non supgaudeant mihi qui aduersant̃ mihi inique: qui oderunt me gratis ⁊ annuũt oculis. Qm̃ mihi quidem pacifice loquebãt̃: ⁊ in iracũdia terre loquẽtes dolos cogitabãt. Et dilatauerũt sup me os suum: dixerũt euge euge viderũt oculi nostri. Uidisti dñe ne sileas dñe ne discedas a me. Exurge ⁊ intẽde iudicio meo: deus me⁹ ⁊ dñs me⁹ in causam meam. Judica me secũdũ iusticiã tuã dñe de⁹ me⁹: ⁊ nõ supgaudeãt mihi. Non dicãt in cordib⁹ suis euge euge anime nostre: nec dicãt deuorabim⁹ eũ. Erubescãt ⁊ reuereant̃ simul: qui gratulant̃ malis meis. Induãtur ꝯfusione ⁊ reuerẽtia: qui maligna loquũtur sup me. Exultẽt ⁊ letent̃ qui volũt iusticiam meã: ⁊ dicant semp magnificet̃ dñs: qui volũt pacẽ serui ei⁹. Et lingua mea meditabit̃ iusticiã tuaꝫ: tota die laudem tuam. Ps.

Dixit iniust⁹ vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos ei⁹. Qm̃

dolose egit in conspectu eius: vt inueniat iniquitas eius ad odiū. Verba oris eius iniquitas et dol⁹: noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatē meditat⁹ est in cubili suo. astitit omni vie nō bone: maliciā aūt nō odiuit. Domine in celo misericordia tua: et veritas tua vsq; ad nubes. Iusticia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa. Homines et iumenta saluabis dñe: queadmodū multiplicasti misericordiam tuā de⁹. Filij autē hominū in tegmine alarū tuarum sperabūt. Inebriabunt ab vbertate domus tue: et torrēte voluptatis tue potabis eos. Quoniā apud te est fōs vite: et in lumine tuo videbim⁹ lumen. Pretende misericordiā tuā scientib⁹ te: et iusticiā tuam his qui recti sunt corde. Non veniat mihi pes supbie: et man⁹ peccatoris nō moueat me. Ibi ceciderūt qui operant iniquitate: expulsi sūt nec potuerūt stare. Glia. Añ. Expugna impugnātes me. Añ. Reuela dño. Ps.

Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē. Quoniā tanq; fenū velociter arescēt: et quēadmodū olera herbarum cito decident. Spera in dño et fac bonitatē: et inhabita terrā et pasceris in diuicijs ei⁹. Delectare in dño: et dabit tibi petitiōes cordis tui. Reuela domino viā tuā et spa in eo: et ipse faciet. Et educet quasi lumē iusticiā tuā: et iudiciū tuū tanq; meridiē: subdit⁹ esto dño et ora eum. Noli emulari in eo qui prosperat in via sua: i homine faciēte iniusticias. Desine ab ira et derelinque furorē: noli emulari vt maligneris. Quoniā qui malignant exterminabunt: sustinētes autē dñm ipsi hereditabūt terrā. Et adhuc pusillū et nō erit peccator et queres locū ei⁹ et nō inuenies. Mansueti aūt hereditabūt terrā: et delectabunt in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustū: et stridebit sup eū dētib⁹ suis. Domin⁹ aūt irridebit eū: qm̄ prospicit q; veniat dies ei⁹. Gladiū euaginauerūt peccatores: intēderunt arcū suū. Ut decipiāt pauperē et inopē: vt trucidēt rectos corde. Gladi⁹ eorū intret i corda ipsorū: et arcus eorū cōfringatur. Melius est modicū iusto: super diuitias pctōrū multas. Quoniā brachia pctōrū cōterētur: cōfirmat aūt iustos dñs. No

nit dominus dies immacula-torum: et hereditas eorum in eternum erit. Non confundentur in tempore malo: et in diebus famis satu-rabuntur, quia peccatores peri-bunt. Inimici vero domini mox ut honorificati fuerint et exalta-ti: deficientes quemadmodum fu-mus deficient. Mutuabitur peccator et non solvet: iustus autem miseretur et retribuet. Quia benedicen-tes ei hereditabunt terram: male-dicentes autem ei disperibunt. Apud dominum gressus hominis dirige-tur: et viam eius volet. Cum ce-ciderit non collidetur: quia dominus supponit manum suam. Iunior fui etenim senui, et non vidi iu-stum derelictum: nec semen eius que-rens panem. Tota die miseretur et comodat: et semen illius in be-nedictione erit. Declina a ma-lo et fac bonum: et inhabita in se-culum seculi. Quia dominus amat iu-dicium, et non derelinquet sanctos suos: in eternum conservabuntur. Iniusti punientur: et semen im-piorum peribit. Iusti autem heredi-tabunt terram: et inhabitabunt in seculum seculi super eam. Os iu-sti meditabitur sapientiam: et lin-gua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipsius: et non sup-plantabuntur gressus eius. Con-siderat peccator iustum: et querit mor-tificare eum. Dominus autem non dere-linquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Expecta dominum et custodi viam eius: et exaltabit te ut heredita-te capias terram: cum perierint pec-catores videbis. Vidi impium superexaltatum: et elevatum sicut cedros libani. Et transivi et ecce non erat: quesivi eum et non est inventus locus eius. Custodi innocentiam et vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico. Iniusti autem disperibunt: simul re-liquie impiorum interibunt. Salus autem iustorum a domino: et prote-ctor eorum in tempore tribulatio-nis. Et adiuvabit eos dominus et liberabit eos, et eruet eos a pec-catoribus et salvabit eos: quia speraverunt in eo. Psalmus.

Domine ne in furore tuo argu-as me: neque in ira tua cor-ripias me. Quoniam sagitte tue in-fixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et si-cut honus grave gravate sunt super me. Putruerunt et corrup-te sunt cicatrices mee: a facie in-sipientie mee. Miser factus sum et curvatus sum usque in finem: tota die

contristat⁹ ingrediebar. Q̃m
lūbi mĕi īpleti sūt illusiōib⁹: ꝛ
nō ē sanitas i carne mea. Af-
flict⁹ sū ꝛ hūiliat⁹ sū nimis:
rugiebā a gemitu cordis mei.
Dñe ante te oē desideriū me-
ū: ꝛ gemit⁹ me⁹ a te nō ē ab
scōdit⁹. Cor meū ꝯturbatū ē
in me dereliquit me virt⁹ mĕa:
et lumē oculoꝝ meoꝝ ꝛ ipsū
nō ē mecū. Amici mĕi ꝛ primi
mei: aduersū me appꝛopinqua-
uerūt ꝛ steterunt. Et q̄ iuxta
me erāt de lōge steterūt: ꝛ vim
faciebāt qui q̄rebāt aīaꝫ meā.
Et q inquirebāt mala mihi
locuti sunt vanitates. ꝛ dolos
tota die meditabāt̃. Ego aūt
tāq̄ surd⁹ nō audiebā: ꝛ sicut
mut⁹ nō aperiēs os suū. Et
fact⁹ sū sicut hō nō audiēs: et
nō hñs i ore suo redargutiōes
Q̃m i te dñe spaui: tu exaudi-
es me dñe de⁹ me⁹. Quia dixi ne
quādo supgaudeāt mihi ini-
mici mĕi: ꝛ dū ꝯmouent̃ pedes
mei sup me magna locuti sūt.
Q̃m ego inflagella parat⁹ sū
et dolor me⁹ i ꝯspectu meo sēp
Q̃m iniquitatē meā annūcia
bo: ꝛ cogitabo p pctō mĕo. Ini-
mici aūt mei viuūt ꝛ ꝯfirmati
sūt sup me: ꝛ mul tiplicati sūt
qui oderūt mĕ inique. Qui re-
tribuūt mala p bonis detra-
hebant mihi: q̄m sequebar bo
nitatē. Ne derelinquas me
dñe de⁹ me⁹: ne discesseris a mĕ
Intēde in adiutoriū meū: dñe
de⁹ salutis mee. Gloria. Añ.
Reuela dño viā tuā. ℣. Dñe in
celo misericordia tua. ℟. Et vsq̄
ad nubes veritas tua. Pater nr̄
Alr. ℣. Adiutoriū nostrū in no-
mine dñi. ℟. Qui fecit celū ꝛ ter-
rā. Declinato. iii. Fiat misericor-
dia tua dñe sup nos. ℟. Quēad-
modū spauim⁹ in te. In laudi-
bus añ. Miserere. Psalmus.
Miserere mei de⁹: scđm
magnā misericordiā tu-
am. Et scđm multitudinē
miserationū tuaꝝ: dele iniqui-
tatē meā. Amplī⁹ laua me ab
iniquitate mea: ꝛ a pctō meo
mūda me. Q̃m iniquitatem
meam ego cognosco: et
peccatum meū contra me est
semper. Tibi soli peccaui et
malum coram te feci: vt iusti-
ficeris in sermonibus tuis et
vincas cum iudicaris. Ecce
enim in iniquitatib⁹ concep-
tus sum: ꝛ in peccatis conce-
pit me mater mea. Ecce enim
veritatem dilexisti: in cer a
et occulta sapientie tue ma-
nifestasti mihi. Asperges
me domine ysopo et munda-
bor: lauabis me: ꝛ super niuē

dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū ꝛ leticiā: ꝛ exultabunt ossa humiliata. Auerte faciē tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mūdū crea in me de⁹: et spiritū rectū innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: ꝛ spiritū sanctū tuū ne auferas a me. Redde mihi leticiā salutaris tui: ꝛ spū principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impii ad te cōuertentur. Libera me de sanguinibus de⁹ de⁹ salutis mee: ꝛ exultabit lingua mea iusticiā tuā. Domine labia mea aperies: ꝛ os meū annūciabit laudē tuā. Quoniā si voluisses sacrificiū dedissem vtiqȝ: holocaustis nō delectaberis. Sacrificium deo spūs contribulatus: cor contritū ꝛ humiliatū de⁹ nō despicies. Benigne fac dñe i bona volūtate tua syon: vt edificētur muri hierusalē. Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes ꝛ holocausta: tūc imponēt sup altare tuū vitulos. Gloria. An. Miserere mei de⁹. An. Intellige clamorē meū dñe. ps. Uerba mea. ... De⁹ de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo. ps. Deus de⁹ me⁹. ... An. Cōuersus est. Canticum esaie.

Confitebor tibi dñe quoniā iratus es mihi: cōuersus ē furor tu⁹ ꝛ cōsolat⁹ es me. Ecce de⁹ saluator me⁹: fiducialiter agam ꝛ nō timebo. Quia fortitudo mea ꝛ lau⁹ mea dñs: et factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. ꝛ dicetis in illa die: cōfitemini dño ꝛ inuocate nomē ei⁹. Notas facite in populis adinuētiōes ei⁹ mementote quoniā excelsum ē nomē ei⁹. Cantate dño quoniā magnifice fecit: annūciate hoc in vniuersa terra. Exulta ꝛ lauda habitatio syon: quia magnus in medio tui sāct⁹ israel. Gloria. An. Conuersus est furor tu⁹ dñe ꝛ cōsolat⁹ es me. An. Laudate dñz de celis. ps. Ipse. ... Uigilate ꝛ state ... in fide. viriliter agite et cōfortamini in dño. ꝛ oīa vr̄a in charitate fiāt. ... Deo grās. Splēdor paternae ... glorie. de luce lucē pferēs. lux lucis ꝛ fōs luminis dies diē illuminās. Uerusqȝ sol illabere. micās nitore ppeti. iubarqȝ sācti spūs. infunde nostris sensibus. Uotis vocemus te patrē. patrē perhēnis glorie. patrem potētis gratie. culpā releget lubricam. Infor

met act⁹ strenuos. dentē retū|dat inuidi. casus fecūdet aspe|ros. donet gerēdi gratiā. Mē|tē gubernet ⁊ regat. casto fide|li corpore: fides calore ferueat fraudis venena nesciat. Chri|stusq; nobis sit cibus. potusq; nostris sit fides. leti bibam⁹ sobrie. ebrietatē spūs. Letus dies hic transeat. pudor sit vt diluculū. fides velut meridi|es. crepusculum mēs nesciat. Aurora cursus prouehit. auro|ra tot⁹ fulgeat. in patre totus fili⁹. ⁊ tot⁹ in verbo pr̄e. Pre|sta pater piissime. v. In matu|tinis dn̄e meditabor in te. ℟. Quia fuisti adiutor me⁹. Ad bn̄s an. Benedict⁹ de⁹ israel. kyriel. xr. Pater nr̄. Preces. Ego dixi. [illegible] Jubilem⁹ deo. Salutari nostro. ps. Venite exultem⁹. Hymn⁹

Consors paterni luminis. lux ipse luci ⁊ dies. noctē canēdo rūpim⁹ assiste postulā|tib⁹. Aufer tenebras mētiū. fuga catervas demonū. expel|le sōnolentiā. ne pigritātes ob|ruat. Sic xp̄e nob oib⁹. indul|geas credētib⁹. vt psit exorāti|b⁹. qd̄ pcinētes psallim⁹ Presta pr̄ piissi. An. Ut nō delinq̄. ps.

Dixi custodiā vias meas: vt nō delinquā in lingua mea. Posui ori meo custodi|am: cū cōsiste|ret peccator aduersū me: Obmutui ⁊ hu|miliat⁹ sū ⁊ silui a bonis: ⁊ do|lor me⁹ renouat⁹ ē. Concal|uit cor meū intra me: ⁊ in me|ditatiōe mea exardescet ignis. Locut⁹ sum in lingua mea: notum fac mihi dn̄e finē me|um. Et numerum dierū me|orum quis est: vt sciam quid desit mihi. Ecce mensurabi|les posuisti dies meos: ⁊ sub|stantia mea tanq̄ nihilū ante te. Verumtamen vniuersa va|nitas: omnis homo viuens. Verumtamen in imagine per|transit homo: sed ⁊ frustra cō|turbat. Thesaurizat. ⁊ igno|rat cui congregabit ea: ⁊ nunc que est expectatio mea nonne dominus: ⁊ substantia mea a|pud te est. Ab omnibus ini|quitatibus meis erue me: op|probrium insipienti dedisti me. Obmutui et non aperui os meum: qm̄ tu fecisti amo|ue a me plagas tuas. A forti|tudine manus tue ego defeci

increpationibus: ppter iniqtaté corripuisti hominé. Et tabescere fecisti sicut araneã animã eius: verũtamen vane cõturbatur oĩs homo. Exaudi orõnẽ meam dñe et dep̃catioẽ meã: auribus pcipe lacrimas meas. Ne sileas qm̃ aduena ego sum apud te et pegrin⁹. sicut oĩes patres mei. Remitte mihi vt refrigerer p̃usq̃ abeam ⁊ ãpli⁹ nõ ero.

Expectãs expectaui .ps. dominũ: et intẽdit mihi. Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie ⁊ deluto fecis. Et statuit sup petram pedes meos: et direxit gressus meos. Et immisit in os meũ canticũ nouuz: carmẽ deo nostro. Videbũt multi ⁊ timebũt: et sperabunt in dño. Beatus vir cui⁹ est nomẽ domini spes ei⁹: et nõ respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu dñe de⁹ me⁹ mirabilia tua et cogitatiõib⁹ tuis: nõ est quis simil' sit tibi. Annũciaui et locut⁹ sũ: multiplicati sunt sup numerũ. Sacrificiũ et oblationẽ noluisti: aures autẽ pfecisti mihi. Holocaustum et p peccato nõ postulasti: tũc dixi ecce venio. In capite libri scriptuz est de me: vt facerẽ volũtatem tuã deus me⁹ volui: et legẽ tuam in medio cordis mei. Annunciaui iusticiã tuã in ecclesia magna ecce labia mea nõ phibebo domine tu scisti. Iusticiã tuã nõ abscondi in corde meo: veritatẽ tuã et salutare tuuz dixi. Non abscõdi misericordiam tuã et veritatẽ tuaz: a cõsilio multo. Tu autẽ dñe ne lõge facias miseratiões tuas a me misericordia tua et veritas tua semp susceperũt me. Qm̃ circundederunt me mala quorũ nõ est numer⁹: cõprehenderũt me iniquitates mẽ: et non potui vt viderez. Multiplicate sunt sup capillos capitis mẽ: ⁊ cor meũ dereliquit me. Cõplaceat tibi dñe vt eruas me: dñe ad adiuuãdum me respice. Confundant̃ et reuereantur simul qui querũt aiaz meam: vt auferãt eam. Cõuertant̃ retrorsum et reuereant̃ qui volũt mihi mala. Ferãt confestim cõfusionẽ suã: qui dicũt mihi euge euge. Exultent et letent̃ sup te oẽs querẽtes te. et dicãt sep magnificet̃ dñs: qui diligunt salutare tuum. Ego autem mẽdicus sũ et pauper: et dñs sollicitus est mei. Adiutor meus et ptector

meꝰ tu es: deus meꝰ ne tarda
ueris. Gl'ia. añ. Ut nõ delinquã
in lingua mea. añ. Sana dñe. ps.
Beatus qui intelligit su-
per egenũ et pauperem:
in die mala liberabit eũ dñs.
Dñs conseruet eum et viuifi-
cet eum, et beatũ faciat euʒ in
terra: et nõ tradat euʒ in aĩam
inimicorũ eiꝰ. Dominꝰ opẽ
ferat illi sup lectũ doloris eiꝰ:
vniuersum stratũ eius versa-
sti in infirmitate eius. Ego
dixi dñe miserere mei: sana aĩaʒ
meam quia peccaui tibi. Ini-
mici mei dixerũt mala mihi:
qñ morief et pibit nomẽ eiꝰ.
Et si ingrediebaf vt videret
vana loquebaf: cor eius con-
gregauit iniquitatẽ sibi. Egre-
grediebaf foras: et loquebaf
in idipsum. Aduersum me
susurrabãt oĩs inimici mei:
aduersum me cogitabãt ma-
la mihi. Verbũ iniquum con-
stituerũt aduersum me: nũqd
qui dormit nõ adiciet vt re-
surgat. Etenim homo pacis
me: in quo speraui: qui ede-
bat panes meos magnifica-
uit super me supplãtationem.
Tu autẽ dñe miserere mei: et
resuscita me et retribuam eis.
In hoc cognoui qñ voluisti
me: qñ nõ gaudebit inimicꝰ
meꝰ sup me. Me aũt pꝑter ino-
centiã suscepisti: et confirma-
sti me in cõspectu tuo i eternũ.
Benedictꝰ dñs dꝰ israel. a seclo
⁊ vsq; in seculum: fiat fiat. ps.
Quemadmodũ desiderat
ceruꝰ ad fontes aquaꝝ:
ita desiderat aĩa mea ad te deꝰ.
Sitiuit aĩa mea ad deũ fontẽ
viuum: quãdo veniã et appa-
rebo ante faciẽ dei. Fuerunt
mihi lacrime mee panes die ac
nocte: dũ dicif mihi quotidie
vbi est deꝰ tuus. Hec recorda-
tus sum et effudi in me aĩam
meã: qñ trãsibo i locũ taber-
naculi admirabilis vsq; ad do-
mum dei. In voce exultatio-
nis et cõfessionis: sonꝰ epulã-
tis. Quare tristis es aĩa mea:
et quare cõturbas me. Spera
i deo qñ adhuc cõfitebor illi:
salutare vultꝰ mei et deꝰ meꝰ.
Ad me ipm aĩa mea cõturba-
ta ẽ: ppterea memor ero tui d
terra iordanis ⁊ hermonijm a
mõte modico. Abissꝰ abissũ
inuocat: i voce catharactaꝝ tu-
aꝝ. Omnia excelsa tua ⁊ fluctus
tui sup me trãsierũt. In die mã-
dauit dñs miaʒ suã: ⁊ nocte cã-
ticũ eiꝰ. Apud me oro deo vite
mee dicã deo susceptor meꝰ es.
Quare oblitꝰ es mei ⁊ qr cõtrista-
tus incedo: dũ affligit me inimicꝰ

Dum cófringunt ossa mea:
exprobrauerūt mihi qui tribu-
lant me inimici mei. Dū di-
cunt mihi p singulos dies vbi
est de⁹ tuus: quare tristis es
anima mea ꝛ quare cóturbas
me. Spera in deo qm̃ adhuc
cófitebor illi: salutare vultus
mei et de⁹ meus. Glia. Añ.
Sana dñe animā meā quia pecca
ui tibi. Añ. Eructauit. Ps.

Deus auribus nřis audi
uim⁹: patres nři annun
ciauerūt nob. Opus qđ ope-
rat⁹ es in dieb⁹ eoꝝ: et in die
bus antiquis. Man⁹ tua gé
tes disꝑdidit et plantasti eos:
afflixisti pplos ꝛ expulisti eos
Nec enim i gladio suo posse-
derunt terrā: et brachiū eoꝝ
nó saluauit eos. Sed dextera
tua et brachiū tuū. et illumina
tio vultus tui qñ cóplacuisti
in eis. Tu es ipse rex meus. ꝛ
deus me⁹: qui mãdas salutes
iacob. In te inimicos nostros
ventilabim⁹ cornu: et in noĩe
tuo spernem⁹ insurgétes i no
bis. Non enim in arcu meo
sperabo: et gladius meus nó
saluabit me. Saluasti eñ nos
de affligétibus nos: et odien
tes nos confudisti. In deo lau
dabimur tota die: et in nomie
tuo cófitebimur tibi in sclm.
Nunc autē repulisti et confu
disti nos: ꝛ nó egredieris de⁹
in virtutibus nřis. Auertisti
nos retrorsum post inimicos
nřos: et qui oderūt nos diri-
piebãt sibi. Dedisti nos tãq̃
oues escaruꝫ: et in gétibus di-
spersisti nos. Vendidisti pplm
tuum sine precio: et non fuit
multitudo in cómutationib⁹
eoꝝ. Posuisti nos opprobriū
vicinis nřis: subsannationem
et derisum his qui in circuitu
nostro sunt. Posuisti nos in
similitudineꝫ gentib⁹: cómo-
tione capitis in pplis. Tota
die verecūdia mea contra me
ē: et cófusio faciei mẽ cooperuit
me. A voce exprobrãtis: ꝛ oblo
quent' a facie inimici ꝛ psequẽt'.
Hec oĩa venerūt sup nos nec
obliti sum⁹ te: et iniq̃ nó egi-
m⁹ in testamēto tuo. Et nó
recessit retro cor nřm: ꝛ declina
sti semitas nostras a via tua.
Qm̃ humiliasti nos in loco
afflictiõis: et cooperuit nos vm
bra mortis. Si obliti sumus
nomen dei nostri: ꝛ si expandi
mus manus nřas ad deū alie
nuꝫ. Nõne de⁹ requiret ista:
ipe eñ nouit abscõdita cordis
Qm̃ ꝓpter te mortifica-
mur tota die: estimati sumus
sicut oues occisionis. Exsur

ge quare obdormis dñe: exur
ge et ne repellas in finē. Qua
re faciē tuam auertis: obliui-
sceris inopie nostre et tribula
tionis nr̃e. Quoniam humiliata est
in puluere aĩa nostra: conglu
tinatus est in terra venter no
ster. Exurge domine adiuua
nos: et redime nos: ꝑpter no-
men tuum. [illegible] Dauid.

Eructauit cor meū ṽbū
bonum: dico ego opa mea
regi. Lingua mea calamus
scribe: velociter scribētis. Spe-
ciosus forma pre filiis homi-
num: diffusa est grã in labiis
tuis: ꝑpterea benedixit te de⁹
in eternū. Accingere gladio
tuo sup femur tuū: potentissime.
Specie tua ⁊ pulcritudie tua:
intende, psꝑe, pcede et regna.
Propter veritatē ⁊ mãsuetu
dinem et iusticiã: et deducet
te mirabiliter dextera tua. Sa
gitte tue acute: ppli sub te ca
dent in corda inimicoꝝ regis.
Sedes tua de⁹ in seculū scl'i:
virga directionis virga regni
tui. Dilexisti iusticiã et odi-
sti iniquitatem: ꝑpterea vnxit
te deus de⁹ tuus: oleo leticie
pre consortib⁹ tuis. Mirrha ⁊
gutta et cassia a vestimentis
tuis a domibus eburneis: ex
quibus delectauerunt te filie
regum in honore tuo. Astitit
regina a dextris tuis in vesti-
tu deaurato: circūdata varie-
tate. Audi filia et vide ⁊ incli
na aurē tuã: et obliuiscere po
pulū tuum ⁊ domū patris tui
Et cõcupiscet rex decorē tuū:
qm̃ ipse est dñs deus tuus ⁊ a
dorabūt eum. Et filie tyri in
munerib⁹ vultū tuum depre-
cabunt̃: omnes diuites plebis.
Omnis glĩa ei⁹ filie regis ab
intus in fimbriis aureis: cir-
cūamicta varietatibus. Ad
ducentur regi virgines post eã
proxime ei⁹ afferent̃ tibi. Affe
rentur in leticia et exultatõe:
adducent̃ in templū regis. Pro
patrib⁹ tuis nati sunt tibi fi-
lii: cõstitues eos principes su-
per omnem terrã. Memor ero
nominis tui dñe: in omni ge-
neratõe ⁊ generatione. Prop
terea populi cõfitebunt̃ tibi:
in eternū et in seculū seculi.
Gloria. Aña. Eructauit cor meū
verbum bonū. Aña. Adiutor nr̃.

Deus noster refugium ⁊
virtus: adiutor in tribu
lationib⁹ que inuenerūt nos
nimis. Propterea nõ timebi
mus dū turbabit̃ terra: ⁊ trãs
ferentur mõtes in cor maris.
Sonuerūt et turbate sunt aq̃
coꝝ: conturbati sunt montes

in fortitudine ei⁹. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei: sāctificauit tabernaculū suū altissim⁹. Deus in medio eius nō cōmouebit: adiuuabit eam de⁹ mane diluculo. Conturbate sūt gētes ⁊ inclinata sūt regna: dedit vocē suā mota ē terra. Dñs virtutū nobiscū: susceptor nr̄ de⁹ iacob. Venite ⁊ videte opa dñi q̄ posuit prodigia sup terram: auferes bella vsq₃ ad finē terre. Arcū cōteret et cōfringet arma: ⁊ scuta cōburet igni. Vacate ⁊ videte qm̄ ego sum de⁹: exaltabor in gentib⁹ ⁊ exaltabor in terra. Dñs virtutū nobiscū: susceptor noster deus iacob. Ps. xlvi. dd

Omnes gētes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultatiōis. Qm̄ dñs excelsus terribilis: rex magnus sup omne terrā. Subiecit populos nobis: ⁊ gētes sub pedibus nr̄is. Elegit nob̄ hereditatē suā: speciē iacob quā dilexit. Ascēdit de⁹ i iubilo: ⁊ dñs i voce tube. Psallite deo nr̄o psallite: psallite regi nr̄o psallite. Qm̄ rex om̄is terre de⁹: psallite sapienter. Regnabit deus sup getes: de⁹ sedet sup sede sctam suā. Principes populoꝝ congregati sunt cū deo abraam: qm̄ dii fortes terre vehemēter eleuati sunt. Gl̄ia.

Añ. Adiutor in tribulationibus

Añ. Auribus percipite. Psal⁹.

Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mōte scō ei⁹. Fundatur exultatiōe vniuerse terre: mōs syon latera aquilonis ciuitas regis magni. Deus i domib⁹ eius cognoscet: cū suscipiet eā. Qm̄ ecce reges terre cōgregati sunt: cōuenerūt in vnū. Ipsi vidētes sic admirati sunt: conturbati sunt cōmoti sunt: tremor apprehēdit eos. Ibi dolores vt parturiētis: in spū vehemētis cōteres naues tharsis. Sicut audiuim⁹ sic vidim⁹. in ciuitate dñi virtutū. in ciuitate dei nr̄i: de⁹ fundauit eam in eternū. Suscepim⁹ de⁹ misericordiā tuā: i medio tēpli tui. Secūdū nomē tuū deus sic et laus tua i fines terre: iusticia plena ē dextera tua. Letetur mōs syon et exultent filie iude: ppt iudicia tua dñe. Circundate syō ⁊ cōplectimini eā: narrate in turrib⁹ ei⁹. Ponite corda vr̄a i virtute eius: ⁊ distribuite domos ei⁹ vt enarretis in pgenie altera. Qm̄ hic ē de⁹ deus nr̄ in eternū ⁊ in seculū seculi: ipse reget nos in secula. Ps.

AUdite hec omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique terrigene et filii hominum: simul in unum dives et pauper. Os meum loquetur sapientiam: et meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam. Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui confidunt in virtute sua: et in multitudine divitiarum suarum gloriantur. Frater non redimit, redimet homo: non dabit deo placationem suam. Et precium redemptionis anime sue: et laborabit in eternum: et vivet adhuc in finem. Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes: simul insipiens et stultus peribunt. Et relinquent alienis divitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in eternum. Tabernacula eorum in progenie et progenie: vocaverunt nomina sua in terris suis. Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Hec via illorum scandalum ipsis: et postea in ore suo complacebunt. Sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos. Et dominabuntur eorum iusti in matutino: et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum. Verumtamen deus redimet animam meam: de manu inferi: cum acceperit me. Ne timueris cum dives factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit usque in progenies patrum suorum: et usque in eternum non videbit lumen. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis. Gloria. An. Auribus percipite qui habitatis orbem. An. Deus deorum.

DEus deorum dominus locutus est: et vocavit terram. A solis ortu usque ad occasum: ex syon species decoris eius. Deus manifeste veniet: deus noster et non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: et in circuitu eius tempestas valida. Advocavit celum desursum: et terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annunciabunt celi iusticiam eius: quoniam deus iudex est. Audi populus meus et loquar israel et testificabor tibi: deus deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos. Quoniam mee sunt omnes fere

siluarum: iumenta in montibus et boues. cognoui omnia volatilia celi: et pulcritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi. meus est enim orbis terre et plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem yrcorum potabo. Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis: eruam te et honorificabis me. Peccatori autem dixit deus: quare tu ennarras iusticias meas: et assumis testamentum meum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam: et proiecisti sermones meos retrorsum Si videbas furem currebas cum eo: et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum habundauit malicia: et lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: et aduersus filium matris tue ponebas scandalum: hec fecisti et tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te et statuam contra faciem tuam. Intelligite hec qui obliuiscimini deum: nequando rapiat: et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me: illic iter quo ostendam illi salutare dei. Psalmus dd.

Quid gloriaris in malicia: qui potens es iniquitate. Tota die in iniusticiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti maliciam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui equitatem. Dilexisti omnia verba precipitationis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finem: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti et timebunt. et super eum ridebunt et dicent ecce homo qui non posuit deum in adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et preualuit in vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia tua in eternum et in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti: et expectabo nomen tuum quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum. Gloria patri. Aña. Deus deorum locutus est dominus. ℣ Immola deo sacrificium laudis. ℟ Et redde altissimo vota tua. Pater noster. Aña. v. xlius. Adiutorium nostrum in. Deciū. Fiat misericordia tua domine super nos. Inuitatorium. aña. Secundum magnam misericordiam tuam miserere mei deus. ps. Miserere. xx. Aña.

Salutare vultus. Psalmꝰ dd.

IUdica me deꝰ ⁊ discerne causam meā de gēte non sācta: ab homine iniquo ⁊ doloso erue me. Quia tu es deꝰ fortitudo mā. quare me repulisti ⁊ quare tristis incedo: dū affligit me inimicꝰ. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuam: ipsa me deduxerūt ⁊ adduxerūt in montē sanctū tuū: ⁊ in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuētutē meā. Confitebor tibi in cythara deꝰ deus meꝰ: quare tristis es anima mea ⁊ quare cōturbas me. Spera in deo quoniā adhuc ɔfitebor illi: salutare vultꝰ mei ⁊ deꝰ meꝰ. Gloria. Añ. Salutare vultꝰ mei ⁊ deus meus. Añ. Sitiuit in te anima mea deꝰ meꝰ. Ps. Deꝰ deꝰ meus. [illegible] Añ. Recogitabo tibi. [illegible]

EGo dixi in dimidio dierū meorū: vadā ad portas inferi. Quesiui residuū annorum meorū dixi: nō videbo dominū deū in terra viuentium. Non aspiciā hominē vltra: ⁊ habitatorē quietis. Generatio mea ablata est ⁊ ɔuoluta ē a me: quasi tabernaculū pastorum. Precisa est velut a texente vita mea. dū adhuc ordirer succidit me: de mane vsqꝫ ad vesperā finies me. Sperabā vsqꝫ ad mane: quasi leo sic contriuit oīa ossa mea. De mane vsqꝫ ad vesperā finies me. sicut pullꝰ hirūdinis sic clamabo: meditabor vt colūba. Attenuati sunt oculi mei: suspiciētes in excelso. Dñe vim patior respōde pro me: quid dicā aut quid respōdebit mihi cū ipse fecerim. Recogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine anime mee. Domine si sic viuit̄ ⁊ in talibꝰ vita spūs mei: corripies me ⁊ viuificabis me: ecce in pace amaritudo mā amarissima. Tu autem eruisti animā meā vt nō periret: piecisti post tergū tuū omnia peccata mea. Quia nō infernꝰ confitebitur tibi, neqꝫ mors laudabit te: nō expectabūt qui descēdūt in lacū veritatē tuā. Uiuēs viuēs ipse ɔfitebit̄ tibi sicut et ego hodie: pr̄ filijs notā faciet veritatē tuā. Dñe saluū mē fac: ⁊ psalmos nostros cātabimꝰ cūctis diebus vite nostre in domo dñi. Gloria. Añ. Recogitabo oēs annos meos in amaritudine anime mee. Añ. Omnes ang. lt eiꝰ Laudate dñm de celis. Ps. Laudate dñz. ix. Cap. Uigilate. ex

ALes diei nun- Hymn9. cius. lucez propinq̃ preci- nit. nos excitator mẽtiuz. iam christ9 ad vitã vocat. [illegible] auferte clamat lectulos. egros sopore desides. castiq3 recti ac sobrii. vigilate iam sum proximus. Iesum sciam9 vocib9. flentes precãtes sobrie. intẽta suppli- catio. dormire cor mundũ ve- tat. Tu christe somnũ discute tu rũpe noctis vincula. tu sol ue peccatũ vet9. nouũq3 lumẽ ingere. [illegible] esta pater. [illegible] In ma tutinis dñe. [illegible] bñdi [illegible] In domo dauid pu- eri sui fecit redẽptionẽ dñs ple- bis sue. kyriel. [illegible] [illegible] Oro dñi [illegible] Fe [illegible] In manu tua dñe. Omnes fines terre. [illegible] Venite exulte. Hy9

REruz creator optime. re- ctorq3 noster aspice. nos a quiete noxia. mersos sopore libera. Te xpe sãcte poscim9. ignosce tu criminib9. ad ɔfitẽ dũ surgi9. moras q3 nocti rũpi- m9. Mẽtes manusq3 tollim9. pphã sicut nouim9. nob gerẽ- dũ pcipit: paulusq3 gest9 cẽsu- it. [illegible] ideo malũ qd gessi9. de- clara nr̃a pãdi9. pces gemẽtes fũdi9. dimitte qd peccauim9. Pr̃a pr. An̄. Auertit dñs. Ps.



Dixit insipiẽs in corde suo: nõ ẽ d9. Corrupti sunt et abhominabi les facti sunt in iniquitati b9: non ẽ qui faciat bonũ. De9 de celo pspe xit sup filios hõim: vt videat si ẽ intelligẽs aut requirẽs de um. Oẽs declinauerũt. simul inutiles facti sũt. nõ ẽ qui faci at bonũ: nõ ẽ vsq3 ad vnũ. Nõ ne sciẽt oẽs qui opant iniqui tatẽ: qui deuorãt plebẽ meaz vt cibũ panis. Deũ nõ inuo cauerũt: illic trepidauerũt ti more. vbi nõ fuit timor. Qm̃ de9 dissipauit ossa eorum qui hõib9 placẽt: ɔfusi sũt qm̃ de9 spreuit eos. Quis dabit ex sy on salutare isrl: cũ cõuerterit dñs captiuitatẽ plebis sue: ex ultabit iacob ⁊ letabit isrl. Ps

EXaudi de9 orõne meã: et ne despexeris depcatiõez meã: intẽde mihi ⁊ exaudi m̃. Cõtristat9 sũ in exercitatiõe mea. ⁊ ɔturbat9 sũ a voce ini- mici: ⁊ a tribulatione pctõis. Qm̃ declinauerũt in me ini- quitates: ⁊ in ira molesti erãt mihi. Cor meũ ɔturbatũ ẽ in me: ⁊ formido mortis cecidit

sup me. Timor et tremor vene runt sup me: et otexerūt me te nebre. Et dixi. quis dabit mi hi pēnas sicut colūbe: et vola bo et requiescā. Ecce elōgaui fugiēs: et mālsi in solitudine. Expectabā eū qui saluū me fecit a pusillanimitate spūs: et tēpestate. Precipita dñe diui de linguas eorū: qm̄ vidi ini quitatē et otradictione in ciui tate. Die ac nocte circūdabit eā sup muros eius iniquitas: et labor i medio eius et iniusticia. Et nō defecit de plateis eius: vsura et dolus. Qm̄ si inimicus meus maledixisset mihi: susti nuissem vtiqȝ. Et si his qui oderat me sup me magna lo cutus fuisset: abscōdissē me for sitā ab eo. Tu vero hō vnani mis. dux meus et notus meus. Qui simul mecū dulces capiebas cibos: in domo dei ambulaui mus cū ɔsensu. Ueniat mors sup illos: et descēdāt i infernū viuētes. Qm̄ nequicie in hita culis eorū: in medio eorū. Ego autē ad deū clamaui: et dñs sal uauit me. Vespe et mane et me ridie narrabo et annūciabo: et exaudiet vocē meā. Redimet in pace animam meā ab his qui appropinquāt mihi: quo niā inter multos erant mecū.

Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula. Non enim est illis ɔmutatio et non timuerunt deum: extēdit ma nū suam in retribuēdo. Con taminauerunt testamētū eius: diuisi sunt ab ira vultus eius: et appropinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacu la. Iacta super dominum cu ram tuam et ipse te enutriet: non dabit in eternū fluctua tionem iusto. Tu vero deus: deduces eos in puteum inter itus. Uiri sanguinum et dolo si non dimidiabunt dies suos ego autē sperabo in te domi ne. Gloria patri. Ant. Auer tit dominus captiuitatem plebis sue. Ant. Qm̄ in te ɔfidit. Ps.

Miserere mei deus quoniā conculcauit me ho mo: tota die impugnās tribu lauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quo niam multi bellantes aduer sum me. Ab altitudine diei ti mebo: ego vero in te sperabo. In deo laudabo sermones me os. in deo speraui: nō timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba mea execrabant: ad uersum me oēs cogitatiōes eorū in malū. Inhabitabunt

et abscondent: ipsi calcaneum meū obseruabūt. Sicut sustinuerunt animā meā, p nihilo saluos facies illos: in ira populos ꝯfringes. Deꝰ vitā meam annūciaui tibi: posuisti lachrymas meas in ꝯspectu tuo. Sicut ⁊ in pmissione tua: tūc ꝯuertent inimici mei retrorsū. In quacūq; die inuocauero te: ecce cognoui qm̄ deꝰ meus es. In deo laudabo verbū, in dn̄o laudabo sermonē: in deo speraui non timebo quid faciat mihi homo. In me sunt deꝰ vota tua: que reddā laudationes tibi. Qm̄ eripuisti animā meā de morte: ⁊ pedes meos de lapsu: vt placeā corā deo in lumine viuentiū. Ps.

Miserere mei deꝰ miserere mei: qm̄ in te ꝯfidit anima mea. Et in vmbra alarum tuarū sperabo: donec transeat iniquitas. Clamabo ad deum altissimū: deū qui benefecit mihi. Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriū cōculcātes me. Misit deꝰ misericordiā suā ⁊ veritatē suā: et eripuit animā meā de medio catulorū leonū: dormiui ꝯturbatꝰ. Filii hominū dētes eorū arma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eorū gladiꝰ acutꝰ. Exaltare sup celos deꝰ: et in omni terra gloria tua. Laqueū parauerunt pedibꝰ meis: ⁊ incuruauerūt animā meā. Foderunt ante faciē meā foueā: ⁊ inciderunt in eā. Paratū cor meū deꝰ paratū cor meū: cantabo ⁊ psalmū dicā. Exurge gloria mea exurge psalteriū ⁊ cythara: exurgā diluculo. Confitebor tibi in populis dn̄e: ⁊ psalmū dicā tibi in gentibꝰ. Qm̄ magnificata ē vsq; ad celos misericordia tua: ⁊ vsq; ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deꝰ: ⁊ sup omnē terrā gloria tua. Gloria. An. Quoniā in te confidit anima mea. Ana. Recte iudicate. Psalmus dd.

Si vere vtiq; iustitiā loquimini: recte iudicate filii hominū. Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manꝰ vestre cōcinnāt. Alienati sunt peccatores a vulua: errauerūt ab vtero locuti sunt falsa. Furor illis secūdū similitudinē serpentis: sicut aspidis surde ⁊ obturantis aures suas. Que non exaudiet vocē incātantiū: ⁊ venefici incātātis sapiēter. Deus conteret dentes eorū in ore ipsorū: molas leonū ꝯfringet dominꝰ. Ad nihilū deuenient tāq̄

aqua decurrens: intēdit arcū suū donec infirmētur. Sicut cera que fluit auferētur super cecidit ignis ꝛ nō viderūt solē. Priusq̄ intelligerēt spine ve- stre rānū: sicut viuentes sicut in ira absorbet eos. Letabit̄ iust⁹ cū viderit vindictā: ma- nus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo. si vtiq̄ est fruct⁹ iusto: vtiq̄ ē de us iudicās eos in terra. ps.

Eripe me de inimicis me is de⁹ me⁹: ꝛ ab insurge- tib⁹ in me libera me. Eripe me de opantib⁹ iniquitatē: et de viris sanguinum salua me. Quia ecce ceperūt animā me ā: irruerūt i me fortes. Neq̄ iniquitas mea neq̄ peccatum meū dn̄e: sine iniquitate cucur- ri ꝛ direxi. Exurge in occur- sum meū ꝛ vide: ꝛ tu dn̄e de⁹ virtutū de⁹ israel. Intende ad visitādas oēs gētes: nō mise- rearis omnib⁹ qui opant̄ ini- quitatē. Conuertētur ad ve speram ꝛ famē patiētur vt ca nes: ꝛ circuibunt ciuitatem. Ecce loquentur in ore suo: ꝛ glad⁹ in labiis eoꝝ: qm̄ quis audiuit. Et tu dn̄e deridebis eos: ad nihilū deduces oēs gē tes. Fortitudinē meā ad te custodiā, quia deus susceptor meus es: de⁹ meus misericor dia ei⁹ preueniet me. Deus ostēdit mihi sup inimicos me os ne occidas eos: neq̄n obli- uiscātur populi mei. Disperge illos in virtute tua: ꝛ depone eos protector me⁹ dn̄e. Delic- tū oris eoꝝ sermone labioꝝ ipsoꝝ: ꝛ cōprehēdant̄ in supbia sua. Et de execratione ꝛ mē dacio annūciabūtur in consū matione: in ira cōsūmationis et nō erūt. Et scient quia de⁹ dominabit̄ iacob: ꝛ finiū ter- re. Conuertetur ad vespam et famē patientur vt canes: et circuibūt ciuitatē. Ipsi disper gētur ad mādūcandū: si vero nō fuerint saturati ꝛ murmu rabūt. Ego aūt cantabo for- titudinem tuam: et exultabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor me us ꝛ refugiū meum in die tri bulationis mee. Adiutor me us tibi psallam quia deus su sceptor me⁹ es: de⁹ me⁹ mise ricordia mea. Gloria. Aña. Recte iudicate filii hominū. An Da nobis domine. Psalmus.

Deus repulisti nos ꝛ de struxisti nos: irat⁹ es et miser⁹ es nobis. Commoui sti terrā ꝛ cōturbasti eam: sana cōtritiones eius quia cōmota

est. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino cõpunctionis. Dedisti metuẽtib⁹ te significationẽ: vt fugiant a facie arc⁹. Ut liberẽtur dilecti tui: saluũ fac dextera tua ꝛ exaudi me. Deus locut⁹ est in sancto suo. letabor et partibor sicimam: ꝛ cõuallẽ tabernaculorũ metibor. Meus est galaat ꝛ meus est manasses: ꝛ effraym fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: moab olla spei mee. In ydumeã extẽdã calciamẽtum meũ: mihi alienigene subditi sũt. Quis deducet me in ciuitatẽ munitam: quis deducet me vsq; in ydumeã. Nonne tu de⁹ qui repulisti nos: ꝛ nõ egredieris deus in virtutib⁹ nostris. Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis. In deo faciem⁹ virtutem: ꝛ ipse ad nihilũ deducet tribulãtes nos. Ps.

Exaudi deus deprecationem meã: intende orationi mee. A finib⁹ terre ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: ꝓtegar in velamento alarũ tuarum. Quoniam tu deus me⁹ exaudisti orationem meã: dedisti hereditatem timentib⁹ nomen tuum. Dies super dies regis adicies: annos eius vsq; in diem generationis et generationis. Permanet in eternum in conspectu dei: misericordiam ꝛ veritatem eius quis requiret. Sic psalmum dicam nomini tuo in seculũ seculi: vt reddam vota mea de die in diẽ. Gloria patri. Añ. Da nobis domine auxiliũ de tribulatione. Añ. Amore. Ps.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enĩ salutare meum. Nam ꝛ ipse deus meus ꝛ salutaris meus: susceptor meus nõ mouebor amplius. Quousq; irruit⁹ in hominem interficitis vniuersi vos: tanq̃ parieti inclinato et macerie depulso. Uerũtamen preciũ meũ cogitauerunt repellere. cucurri in siti: ore suo benedicebant ꝛ corde suo maledicebant. Uerũtamen deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse deus me⁹ et saluator meus: adiutor me⁹ nõ emigrabo. In deo salutare meum ꝛ gloria mea: de⁹ auxilii mei ꝛ spes mea in deo

est. Sperate in eo omnis cōgre-
gatio populi: effundite coꝛā
illo coꝛda vestra: deꝰ adiutoꝛ
noster in eternum. runta-
men vani filii hominum. mē-
daces filii hominū in stateris:
vt decipiant ipsi de vanitate in
idipsum. olite sperare in ini-
quitate. ⁊ rapinas nolite con
cupiscere: diuicie si affluāt no
lite coꝛ apponere. emel locu
tus est deus. duo hec audiui:
quia potestas dei est ⁊ tibi do
mine misericoꝛdia: quia tu red-
des vnicuiq; iuxta opera sua.
Exaudi deus oratio- Ps.
nem meā cū depꝛecoꝛ: a
timoꝛe inimici eripe animam
meā. Pꝛotexisti me a conuen-
tu malignātiū: a multitudine
operātiū iniquitatē. ia ex
acuerūt vt gladiū linguas su-
as. intēderūt arcum re⁊ ama-
rā: vt sagittēt in occultis im-
maculatā. ubito sagittabūt
eum ⁊ non timebūt: firmaue-
rūt sibi sermonē neq̄. arra
uerūt vt abscōderet laqueos:
dixerūt quis videbit eos. cru
tati sūt iniq̄tates: defecerūt scru
tantes scrutinio. ccedet ho-
mo ad coꝛ altū: ⁊ exaltabitur
deus. agitte paruuloꝛum fa
Deus cuius miseratione anime fidelium requiescunt: famulis ꝛ famulab⁹ tuis oīb⁹ hic ꝛ vbiq; in christo quiescentibus da propici⁹ veniaꝫ petōꝝ. vt a cūctis reatib⁹ absoluti: tecum sine fine letentur. Per. Alia oratio.

Absolue q̄s dñe animas famuloꝝ famularūq; tuaruꝫ ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos ꝛ electos tuos resuscitati respirent. Per christū dñm nostrū. Amen. Requiescāt in pace. Amen.

¶ Incipit canticu graduum. In primo noct. [illegible] Glia patri [illegible] Requiem. [illegible]
Requiē eternaz. [illegible] Ad dñm cū tribularer. [illegible] Leuaui. ps. Letatus. [illegible] Ad te leuaui. ps. Nisi q2 dñs. Requiē eternā. Pr noster. Et ne nos. [illegible] Orem⁹ p omib⁹ fidelib⁹ defūctis. Requiez eternaz dona eis dñe ꝛ lux ꝑpetua luceat eis. ℣ Requiescāt in pace. ℟ Amē. ℣ Dñe exaudi orōnē meā. ℟ Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣ Dñs vobiscū. ℟ Et cū spū tuo. Oro.

Absolue q̄s dñe animas famuloꝝ famularūq̄ tuarū ab omni vinculo delictoꝝ: vt in resurrectionis glia inter sctōs ꝛ electos tuos. resuscitati respirēt. Per xp̄m dñm nostrum. Amē. [illegible] noct. ps. Qui cōfidūt in dño. Glia. ps. In cōuertendo. Glia. ps. Nisi dñs. Glia. ps. Bti oēs. Glia. ps. Sepe expugnauerūt. Glia kyriel. Xp̄el. kyriel. Pr nr. ℣ Memento nr̄i dñe in beneplacito populi tui. ℟ Visita nos in salutari tuo. ℣ Memor esto cōgregatiōis tue. ℟ Quā possedisti ab initio. ℣ Dñe exaudi. Dñs vobiscū. Oro.

Deus cui ꝓpriū est misereri semp et parcere: suscipe deprecationē nostraz. vt quos delictorū cathena constringit: miseratio tue pietat' absoluat Per xp̄m dñm nostrū. Amē. [illegible] ps. De ꝓfundis. Glia. [illegible] Dñe nō ē. Glia. [illegible] Memento. Glia. [illegible] Ecce q̄ bonū. Glia. [illegible] Ecce nūc. Gloria. kyriel. Xp̄el' kyriel. Pater noster Et ne nos. [illegible] Saluos fac seruos tuos ꝛ ancillas tuas. Deus me⁹ sperātes in te. ℣ Mitte eis dñe auxiliū de sctō. ℟ Et de syon tuere eos. ℣ Dñe exaudi orōnem meā. ℟ Et cla. ℣ Dñs vo. Oro.

Pretende dñe misericordia tua famulis ꝛ famulab⁹ tuis dexterā celestis auxilij: vt te toto corde ꝑquirāt. ꝛ que digne postulāt assequātur. [illegible]

Exaudi q̄s [illegible] dñe supplicū preces: ꝛ ꝯfitētiū tibi parce peccatis. vt pariter nob̄ indulgētiā tribuas benign⁹ ꝛ pacē. Per dñm. [illegible] Benedicam⁹.

¶ [illegible] beate marie [illegible] Aue maria gratia plena. Dñs tecū. ps. Venite. [illegible] Quē terra pōtus [illegible] Bñdicta tu i mulierib⁹ ꝛ benedict⁹ fruct⁹ vētris tui ps. Dñe dñs nr̄. [illegible] Sicut mirrha electa odorē dedisti suauitatis sancta dei genitrix. ps. Celi

enarrant. vi. Añ. Ante thorum huius virginis frequētate nobis dulcia cātica dragmatis. ps. Domini est terra. ℟. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. p Propterea benedixit te deus in eternum. Pater nr. Et ne nos. Alius. v. Precibus et meritis intemerate virginis marie saluet et confortet nos omnipotens et misericors dñs. ℟. Amē. Jube dōne benedicere. Bñd. Castitatem mentis et corporis tribuat nobis filius virginis. Amen.

O Beata maria Lectio. i. quis digne tibi valeat iura gratiarū et laudum preconia impendere. que singulari tuo ascensu mūdo succurristi perdito. Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluet. que solo tuo comercio recuperandi aditū inuenit Accipe itaqȝ qualescūqȝ exiles et qualescunqȝ meritis tuis ipares gratiarū actiones et cū susceperis vota culpas nostras orādo excusa. ℟. Paradisi porta p euā cūctis clausa est. Et p mariā virginem iterū patefacta est. ℣. Peccāte protoplausto adā posuit deus cherubin et flammeū gladiū atqȝ versatilem ad custodiēdā viā ligni vite. p. Et. Jube. Bñd Deleat nfa crimina qui natus est de virgine maria. Amen. Lectio. ii.

Accipe pijssima dei genitrix nr̄as preces. intra sacrariū exauditōis: et reporta nobis antidotū recōciliatōis. Sit p te excusabile qd p te ingerimus. fiat impetrabile qd fida mēte poscim⁹. Accipe qd offerim⁹ et dona qd rogamus et excusa quod timem⁹. ℟. O gloriosa dña excelsa supra sydera que nec primā similē visa ē nec habere sequentē sola sine exēplo placuit virgo xp̄o. ℣. Sola fuit mulier patuit qua ianua leto ex qua vita redijt. ℣. Sola. Jube. Bñd. Sācta maria virgo virginum intercedat p nobis ad dñm. Amē. L. iii

Sancta maria succurre miseris. iuua pusillanimes refoue flebiles: ora p pplo. interueni p clero. intercede p deuoto femineo sexu. Sētiāt oes tuum iuuamē. quicūqȝ agūt tuā cōmemoratōē. Assiste parata votis poscētiū et repēde nobis optatū effectū. S. t tibi studiū assidue exorare p pplo dei. que meruisti bñdicta p̄ciuz pferre mūdi. ℟. Aue festiua ferculi salomonis cōuiuia regis aurea cōscendēs tricliuia p agni incisōe martir purpurea mēte. Pro gra bñdictionis argenteis suffulta colūnis. ℣. Mōte libano magis cādida virgo o quā terribilis i ordine charitatis

trāsis p medias virtꝫ filias. ꝑ. Pro
Glīa sit deo iesu xpo dn̄o regi e-
terno pr̄i laudes cui dāt sci auctori
lucis nūc ⁊ in euū seclorꝫ scli. amē.
Vrcli. Elegit eā deus ⁊ ꝑelegit eā
ꝑ. Et hitare facit i tabernacl̄o suo.
In laudib⁹. an̄. Post ptūvgo in
uiolata pmāsisti. dei genitrix inter
cede p nobis. ps. Dn̄s regnauit
Ego Capitl̄m. Cū sequeti.
q̄si vitis fructificaui sua-
uitatē odoris ⁊ flores mei fru
ctus honoris et honestatis. ꝑ.
Deo gras. hy⁹. O gliosa. v̄. Ele
git eā deus. Ad bn̄s. an̄. O glio-
sa dei genitrix virgo semꝑ maria q̄
dn̄m oīuꝫ meruisti portare ⁊ regeꝫ
angelorꝫ sola virgo lactare nr̄i q̄s
pia memorare ⁊ p nobis xp̄ꝫ depca
re vt tuis fulti patrociniis ad cele-
stia regna mereamur puenire. orō
Deus q̄ de btē marie v̄gis
vtero v̄bū tuū angelo nū
ciante carne suscipere voluisti
pr̄a supplicib⁹ tuis: vt q̄ v̄e eā
genitricē dei credim⁹ ei⁹ apud
te itercessiōib⁹ adiuuemur. p.
eūdē. Coīn. angelorꝫ. An̄. Sā
cte michael archāgele defende nos
in p̄lio vt nō peam⁹ in tremēdo iu
dicio. v̄. O pinceps nr̄ scē michael
ꝑ. Intercede p nob ad dn̄ꝫ deū nr̄ꝫ
Deus qui miro ordi- Orō.
ne angelorꝫ ministeria ho-
minūq; dispēsas: cōcede ꝑpici⁹
vt a quib⁹ tibi ministrātibus
i celo semꝑ assistit. ab his i ter
ra vita nr̄a muniat. p. xp̄ꝫ. C. c.
aplorꝫ. an̄. Gliosi pncipes terre
quō in vita sua dilexerūt se ita ⁊ in
morte nō sunt separati. v̄. Annūci
auerūt opa dei. ꝑ. Et fcā ei⁹ itelle
Exaudi nos de⁹ orō xerūt.
salutar nr̄: ⁊ aplorꝫ tuorꝫ
petri ⁊ pauli iohis andree atq;
iacobi ⁊ oīꝫ aliorꝫ nos tuere p̄si
diis quorꝫ dōasti fideles doctri
nis. p. xp̄ꝫ. Com̄. oīꝫ scorꝫ. an̄.
Sci dei. oēs intercedere dignemi
ni p nostra oīumq; salute. v̄. Exul-
tabūt sci in glia. ꝑ. Letabunt i cu
Omnes Orō bilib⁹ suis.
sci tui q̄s dn̄e vbiq; nos
letificēt ⁊ adiuuēt. vt dū eorꝫ
merita recolim⁹. patrocinia sē
tiamus. p. xp̄ꝫ. Com̄. pacis. an̄
Da pacē dn̄e i dieb⁹ nr̄is q: nō est
alius qui pugnet p nobis nisi tu de
us noster. v̄. Fiat pax in v̄tute tua
ꝑ. Et abūdātia i turrib⁹ tuis. orō.
Deus a quo scā desideria re
cta ɔsilia ⁊ iusta sūt opa
da seruis tuis illā quaꝫ mūd⁹
dare nō pōt pacē vt ⁊ corda nr̄a
mādatis tuis dedita. ⁊ hostiū
sublata formidie. tpa sit tua p
tectione tranquilla. Alia que
Ineffabile mi- dicit simul
sericordiā tuaꝫ dn̄e nobis
q̄s clemēter impende. vt simul

nos a pctis oib⁹ eruas. ⁊ a pe-
nis ⁊ a tribulatiõibus quas p
his meremur eripias. ⁊ pacem
tuā nostris cõcede tēporibus.
OMs Alia oro simi dicit
nipotēs sempiterne de⁹.
edificator ⁊ custos hirl'z ciuita
tis supne. edifica ⁊ custodi lo-
cū istū cū oib⁹ habitatoribus
suis. vt ppetim sit in eo domi-
cilium incolumitatis ⁊ pacis.
HOstiū nostroꝝ q̃s Alia.
dñe visibiliū ⁊ inuisibili
um elide supbiā. ⁊ coꝝ audaci
am dextere tue v̄tute psterne.
ECclesie tue q̃s Alia.
dñe p̄ces placatus admit
te. vt destructis aduersitatib⁹
et erroib⁹ vniuersis secura ti
bi seruiāt libertate. Per dñm
Dñs vobiscū. Bñdicam⁹ dño
Deo grãs. ¶ [illegible]
[illegible] ad [illegible]
[illegible] ℟. i. ℟. Vidi
speciosaz sicut colūbā ascēdentē de
sup riuos aquaꝝ cuius inestimã-
bilis odor erat nimis in vestimen-
tis eius. Et sicut dies verni circun
dabāt eā flores rosarū ⁊ lilia cõual
liū. ℣. Viderūt eā filie syō beatissi
mā p̄dicauerūt ⁊ regine laudauerūt
eā. p. Et. ij. ℟. Sicut cedrus exal
tata sū in libāo ⁊ sicut cypressus in
mōte syō quasi mirrha electa. De
di suauitatem odoris. ℣. Sicut ci
namomū ⁊ balsamū aromatizans
p. Dedi. iij. ℟. Pulcra es o ma-
ria virgo suauior ⁊ decora sicut hirl'z
Terribilis vt castrorū acies ordina
ta. ℣. Oculi tui sicut colūbe super
riuos aquarum que velut lac sunt
mundi. p. Terri. Glia. ¶ [illegible]
[illegible] Añ
Specie tua ⁊ pulcritudine tua intē
de p̄spere p̄cede ⁊ regna. ps. Eru-
ctauit. xliiij. Añ. Adiuuabit eā
deus vultu suo deus in medio ei⁹
nō cõmouebitur. ps. Deus no-
ster. xlv. An. Sicut letantium
oim nostrū habitatio est in te scā
dei genitrix. ps. Fundamenta.
lxxxvi. ℣. Specie tua ⁊ pulcritu-
dine tua. p. Intēde p̄spere p̄cede ⁊
regna. Pater noster. [illegible] ℣.
Precib⁹ ⁊ meritis. Jube. [illegible]
Quinat⁹ ē de v̄gie succurrat nob
hodie. Amē. ij. bñd. Ipse⁹ marie v̄-
gis fili⁹ sit nob adiutor ppici⁹. iij
bñd. Scā dei gēitrix sit nob sēp au
xiliatrix. ¶ [illegible]
℟. [illegible] ℟. Be
atā me dicēt oēs gñatiões. Qr fecit
mihi one magna q: potēs ē ⁊ scm
nomen eius. ℣. Et mia eius a pge
nie in p̄genies timētibus eū. p. Qr
ij. ℟. Beata es maria que domi-
nū portasti creatorē mūdi. Genu-
isti q̃ te fecit ⁊ ieternū p̄maues v̄go

ꝟ. Ipsuz genuisti ꝛ in presepe posu
isti quē adorat multitudo angeloꝝ
p̄. Genuisti. iij. ℟ Cādida virgi-
nitas paradisi cara colonis orꝰ cō
clusus florēti cespite vernans. Cui
merito mūdus celebrat p̄conia to-
tus. ꝟ. Que meruit dn̄m ꝓ genera
re suū. p̄. Cui. Glia. Cetera dica
tur vt s. Feria. iiij. iiiie' hv'
vt s. An Gaude maria v̄go cun
ctas hereses sola interemisti in vni
uerso mundo. ps. Cantate. i. xl.
An. Speciosa facta es ꝛ suauis in
delicijs tuis scā dei genitrix. ps.
Dominꝰ regnauit. An Digna
re me laudare te virgo sacrata da
mihi virtutē cōtra hostes tuos. ps
Cātate. ij. x iij. ꝟ Adiuuabit eaz
deus vultu suo. p̄ Deus in medio
eiꝰ nō cōmouebit. Pater noster
Alius. ꝟ Precibus et meritis.
Iube. i. bn̄o. Alma virgo virgi-
num intercedat ꝓ nobis ad dn̄m.
ij. bn̄o. Filius marie virgis eruat
nos a peioꝝ vicijs. iij. bn̄o. Ma-
ter mīe succurrat nobis hodie. Le
ctiones dicatur vt s. i. ℟ Scā
et immaculata virginitas quibꝰ te lau
dibꝰ efferā nescio. Qz quē celi cape
re nō poterāt tuo gremio cōtulisti.
ꝟ. Bn̄dicta ꝛ venerabilis es virgo
maria. p̄. Qz. ij. ℟ Bn̄dicta ꝛ ve
nerabilis es virgo maria. Cuius vi
scera meruerūt portare dn̄z xp̄z. ꝟ.
Bn̄dicta tu in mulieribꝰ ꝛ bn̄di-
ctus fructꝰ vētris tui. p̄. Cuiꝰ. iij.
℟. Solē iustic̄ie regē paritura su
premū. Stella maria maris virgo
ꝓcessit ad ortū. ꝟ. Cernere diuinū
lumē gaudete fideles. p̄. Cernere
Glia. Cetera dicatur vt s. fe
ria v. Oia dicant vt [illegible]
excepto. iij. ℟. qd [illegible]
℟. Post partū virgo inuiolata p-
mansisti. Dei genitrix intercede ꝓ
nobis. ꝟ. Virgo dei genitrix quez
totus nō capit orbis ī tua se clausit
viscera factus hō. p̄. Dei. Glia. [illegible]
riā v. Oia dicant vt [illegible]
excepto. iij. ℟. qd dicat [illegible]
℟. Fons ortorū viuentiū. Unde
manat sapiētia mūdi. ꝟ. Per quē
subsistūt cūcta creātia celestia simil
ꝛ terrestria. p̄. Unde. Glia. Sab
bato. Oia dicātur vt in feria.
iiij. Excepto iij. ℟. qd dicatur
Alius. ℟. Aue maria grā plena
Dn̄s tecū. ꝟ. Bn̄dicta tu ī mulie-
ribus ꝛ bn̄dictus fructꝰ vētris tui
p̄. Dominus. Glia. Et dicatur

Rex xp̄e clemē Ad. i. brꝰ.
Rtissime. tu corda nr̄a pos-
sideat tibi laudes debitas. red
damus oi tp̄e. Maria mr̄ grē.
mr̄ mie. tu nos ab hoste ꝓtege.
in hora mortis suscipe. Glia ti
bi dn̄e. q natꝰ es de v̄gie. cū p̄re
et scō spū. in sempiterna scl'a.
Amē. ps. Deus in nomie tuo
Glia. ps. Bti imaculati. In

quo corrigit. Glia. ps. Retribue. Adhesit. Glia. Et initio ps. ... dicat Alla. Et sili ... Capitulū.

Ab inicio et ante scl'a creata sum: et vsq ad futurū scl'z nō desinā: et in habitatōne sctā corā ipso ministraui. R. Aue maria grā plēa Dñs tecū. V. Bndicta tu in mulieribus et bndictus fruct9 vētris tui. P. Dñs. Glia. V. Spūs scūs supueniet in te. P. Et virtus altissimi obūbrabit tibi.

Gratiā tuā qs dñe Orō. mētib9 nr̄is infūde: vt q angelo nūciāte xp̄i filij tui incarnationē cognouim9. p pas- sionē ei9 et crucē: ad resurrectionis gliaz pducamur. p eūdē. Ad ... Rex xp̄e clemētissime. ps. Ad dñz cū tribularer Glia. ps. Leuaui. Gloria. ps. Letatus. Glia. Alla. Capm.

Et sic i syō firmata sum: et i ciuitate scificata silr requieui: et i hirl'z potestas mea. R. Sācta dei genitrix. Virgo sēp maria. V. Intercede p nob ad dñz deū nr̄m. P. Virgo. Glia. V. Ora p nobis scā dei genitrix. Orō.

Deus q salutis eterne btē marie vgitate fecunda hūano gnī pmia prestitisti: tribue qs vt ipaz p nob itercedere sētiam9: p quā meruim9 actorē vite suscipe. Dñz nr̄z ihz xp̄z filiū tuū Qui te. Ad vi. hr Rex xp̄e clemē. ps. Ad te le. ps. Nisi q2 dñs. ps. Qui 9fidūt. alla.

Et radicaui i pplo Capz. honorificato. et in partes dei mei hereditas illi9: et i plenitudie sctōz detētio mea. R. Ora p nobis. Scā dei genitrix. V. Vt digni efficiamur pmissiōibus xp̄i. P. Scā. Glia. V. Dignare me.

Deus q vginalē aulā Orō btē marie i qua hitares eligere dignatus es: da qs. vt sua nos defensiōe munitos: io cūdos facias sue iteresse cōmemorationi. Qui viuis. Ad ix. hr Rex xp̄e. cle. ps. In cōuertēdo. ps. Nisi dñs. ps. Bti oēs

Quasi cedr9 Capz. Alla. exaltata sum in libano: et quasi cipssus i mōte syō: quasi palma exaltata sum in cades: et quasi plātatio rose in hierico. R. Dignare me laudare te. Virgo sacrata. V. Da mihi virtutē cōtra hostes tuos. P. Vir. Glia. V. Speciosa scā es et suauis. In delicijs tuis scā dei genitrix. Orō.

Famlo2 tuo2 qs dñe delictis ignosce: vt qui tibi placere de actib9 nr̄is nō valem9. geitricis filij tui dñi nr̄i itercessiōe saluemur. p eundē. Ad vē. sup ps. añ. Dū mr̄ et minus

pta virgo gl'iosa regia mūdi itercede p nob ad dñz. ps. Dixit dñs. ps. Laudate pueri. ps. Letatus. ps. Nisi dñs. ps. Lauda hr'lz.

Sicut cinamomū. A. apx. et balsamū aromatizans odore ddi quasi mirrha electa dedi suauitatez odoris. Hy'. Aue maris stella. V. Beatā me dicēt oēs gñatōes. R. Qr ancillam hūilē respexit de'. Ad magt. añ. Beatā maria succurre miseris iuua pusillanimes refoue flebiles ora p pplō itervenī p clero itercede p deuoto femineo sexu. Dñs vobcū.

Concede nobis fa Orō. mulis tuis qs dñe de' ppetua mētis 7 corpis salute gaudere: et gl'iosa bte marie semp vgis itercessiōe a pñti liberari tristicia. 7 eterna pfrui leticia. P.d. ¶ Commemoratōes natiuitā in mat'. Pro oīb scōs dicat

Infirmitatē no Orō. hec. strā qs dñe ppici' respice: et mala oia q iuste meremur. bte dei gēitricis marie. 7 oīum scōs tuos itercessiōe auerte. p eūde xpz. d. n. ¶ Oro pacis dicitur illa leques pria loco illi' q

ponit in matutis. Orō. Deus auctor paci 7 amator quē nosse viuere. cui seruire regnare ē: ptege ab oib' ipugnatōib' supplices tuos: vt q i defensione tua cōfidimus: nullius hostilitati arma timeam'. Ineffabilē miaz tuam. Vt s in matutinis. Cum alias sequentibus. ¶ Ad coplete aim.

Conuerte nos deus salutaris noster. Et auerte irā tuā a nobis. De' in adiutoriū meum intēde. Añ. Cū iocūditate cō memoratōez bte marie celebrem'. vt ipsa p nobis intercedat ad dñm iesum xpm. ps. Usqquo dñe. ps. Iudica me deus. ps. Sepe expugnauerūt. ps. Dñe nō est

Felix nāqz es sa A. hym. cra virgo maria 7 oi laude dignissima: qr ex te ort' est sol iusticie xps de' nr. hy'. Uirgo singularis. V. Post partū virgo inuiolata pmāsisti. R. Dei genitrix itercede p nobis. Ad nc. añ. Sub tuū presidiū confugimus dei genitrix nostras deprecatōes ne despicias in necessitatib' sz a periculis cūctis libera nos semp virgo benedicta.

Concede qs Oro. ops 7 misericors de' fragilitati nre presidiū: vt qui scē dei genitricis 7 vgis marie memoriā agim' intercessiōis ei' auxilio a nris iniqtatib' resurgam'. Per e. d. n. ¶ Sabbato in quo incoat' adue' dñi in vespis bte marie dicat ad mgt añ. O virgo virginū quō fiet istud

q̄ nec primā similez visa es nec hēre sequē. e filie hirl'z qd me admiramini diuinū est misteriū hoc qd cernitis. Oro. Grāz tuā. ¶ Cōmemoratiōes ⁊ oia alia dicant vt s. Et i cōpletorio post hymn dicat iste. v. Ecce ancilla dñi. R. Fiat mihi secundū verbū tuum. ¶ Dñica die. Et feria.ij.et.v. in matutīo btē marie in aduētu. Ini.R. Missus ē gabriel angelus ad mariā virginē despōsatā ioseph nūciās ei verbū ⁊ expauescit virgo de lumine ne timeas maria inuenisti gratiā apud dñz ecce cōcipies ⁊ paries et vocabit. Altissimi filius. v. Dabit illi dñs deus sedez dauid patris eius ⁊ regnabit in domo iacob i eternū. R. Aue maria grā plena dñs tecum Spūssanct⁹ superueniet i te ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi qd eñi ex te nascet sctm̄ vocabit fili⁹ dei. v. Quō fiet istud qm̄ virū nō cognosco. ⁊ respōdēs angelus dixit ei. R. Spūs. R. Quō in me fiet hoc qm̄ virū nō cognosco dixit maria ad angelū spūs sctūs in te descēdet ⁊ virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. Et qd nascet ex te sctm̄ vocabit fili⁹ dei. v. Ne timeas maria inuenisti eñi gratiā apd dñz. R. Glia. Et Feria.iij.⁊ vi. dicant hec. R. Ecce vgo ɔcipiet ⁊ pariet filiū dicit dñs ⁊ vocabit nomē ei⁹. Admirabilis de⁹ fortis. v. Sup soliū dauid ⁊ sup regnū ei⁹ sedebit i eternū. R. Admi. R. Egredief virga de radice yesse ⁊ flos de radice eius ascēdet. Et erit iusticia cingulū lūborū ei⁹ ⁊ fides cinctoriū renū ei⁹. v. Et requiescet sup eū spūs dñi sapiētie ⁊ intellectus. R. Et. R. Nō auferet sceptrū de iuda ⁊ dux de femore ei⁹ donec veniat qui mittēdus est. Et ipse erit expectatio gētiū. v. Pulcriores sunt oculi eius vino ⁊ dētes lacte candidiores. R. Et ipse. ¶ Feria.iiij.et sabbo. i. R. Rorate celi desuper ⁊ nubes pluāt iustū. Apiatur terra ⁊ germinet saluatorē. v. Letent celi et exultet terra moueatur mare et plenitudo ei⁹. R. Ape. R. Suscipe verbū virgo maria qd tibi a dño p angelū trāsmissuz est concipies in vtero deū paries ⁊ hoiez. Vt bñdicta dicaris inter oēs mulieres. v. Paries quidē filiū ⁊ virginitatis nō pacieris detrimentū efficieris grauida ⁊ eris mater semp intacta. R. Orietur stella ex iacob ⁊ cōfringet homo de israel et confringet omnes duces alienigenarum. Et erit omnis terra possessio eius. v. De iacob erit qui dominetur ⁊ perdet reliquias ciuitatis. R. Et erit. Gloria. Versi. Spirituſſanct⁹ supueniet in te. R. Et virtus altissimi obumbrab t tibi. In laudibus.an. Missus est gabriel angelus ad ma

riam virginē desponsataꝫ ioseph. Capi. Ego quasi vitis. Hẏ⁹ O gloriosa dn̄a. v. Spūs sctūs supueniet. Ad mag. an. Quomodo fiet istud angele dei qꝫ viruꝫ in concipiēdo nō pertuli audi maria virgo spiritus sctūs supueniet in te ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. Oro. De⁹ qui de beate marie. Oia alia dicant̄ vt infra annum. ¶ Et nihil aliud mutatur in matutis btē marie nec etiaꝫ in aliis horis in aduentu dn̄i nisi quod dictuꝫ est. ¶ Ab oct. epiphanie vsqꝫ ad festū purificatōis beate marie dicant̄. R. que sequuntur in matutis beate marie scꝫ diebus dn̄icis et feria. ii. R. Beata dei genitrix maria cuius viscera intacta ꝑmanent. Genuit saluatoreꝫ seculi. v. Beata que credidit qm̄ ꝑfecta sūt oia q̄ dicta sūt ei a dn̄o. p̄. Ge. R. O regē celi cui talia famulant̄ obsequio stabulo ponitur qui cōtinet munduꝫ. Iacet in presepio ꝛ in celis regnat. v. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. R. In principio erat verbū ꝛ verbū erat apud deuꝫ. ꝛ deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū oia ꝑ ipsum facta sunt. v. Verbū caro factum est ꝛ habitauit ī nobis. Feria. iii. R. O magnū misteriū ꝛ admirabile sacramentū vt aīalia viderent

dominū natū. Iacentē in presepio btā virgo cuius viscera meruerunt portare dn̄m xp̄m. v. Dn̄e audiui auditū tuū ꝛ timui: consideraui opera tua ꝛ expaui in medio duoꝫ animaliū. p̄. Iacē. R. Bn̄dicta et venerabilis. Ut sup. R. Verbuꝫ caro factū est ꝛ habitauit in nobis Et vidimus gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a patre plenū gratie et veritatis. v. Oia per ipsum facta sunt ꝛ sine ipso factū ē nihil. Glia ¶ Feria. iiii. R. Bt̄a viscera marie virgis q̄ portauerunt eterni patris filiū ꝛ beata vbera que lactauerunt xp̄m dn̄m. Quia ꝑ salute mūdi de virgine nasci dignatus est. v. Letetur israel in eo qui fecit euꝫ ꝛ filie syon exultent in rege suo. R. Bn̄dictus qui venit in noīe dn̄i Deus dn̄s ꝛ illuxit nobis. p̄. Lapidē quē reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. R. In principio erat. ¶ Feria. v. R. Sancta ꝛ immaculata. R. In patre manet eternitas ꝛ non perijt in matre virginitas ꝛ per intactuꝫ corpus egressus est qui in salute omnium facta est visibilis. Non dedignatus est carne nasci nec dereliquit imperiū. v. Tanq̄ spōsus dominus procedens de thalamo suo R. Verbū caro. ¶ Feria. vi. R. Paruulus natus est nobis ꝛ filius datus est nobis ꝛ factus est princi

patus super humerum eius. Et vocabitur admirabilis deus fortis. ℣. Multiplicabitur ei⁹ imperium et pacis non erit finis. ℣. Et voca. ℟. Nesciens mater virgo virum peperit sine dolore. Saluatorem seculorum ipsum regem angelorum sola virgo lactabat vbere de celo pleno. ℣. Domus pudici pectoris templum repente fit dei intacta nesciens virum verbo concepit filium. ℣. Saluatorem. ℟. In principio. ¶ Sabbato. ℟. Continet in gremio celum terramq; regētem virgo dei genitrix proceres cōmitantur herilem. Per quos orbis ouās christo sub principe pollet. ℣. Domus pudici pectoris templum repente fit dei intacta nesciens viruz verbo concepit filiū. ℣. Per quos. ℟. Congratulamini mihi omnes qui diligitis dominum quia cum essem paruula placui altissimo. Et de meis visceribus genui deum et hominem. ℣. Caste parentis viscera celestis intrat gratia venter puelle baiulat secreta que nō nouerat. ℣. Et de meis. ℟. Verbum caro. Uersus. Benedict⁹ qui venit in nomine domini. ℣. Deus dominus ꝛ illuxit nobis. In laudib⁹ aña. O admirabile comerciū creator generis humani animatuz corpus sumens de virgine nasci dignatus est. et procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem. Capitu. Ego quasi vitis. Hymn⁹. O gloriosa domina. ℣. Benedictus qui venit in nōie. Ad bñs. aña. Ecce maria genuit nobis saluatorem quem ioānes videns exclamauit dicens. ecce agn⁹ dei. ecce qui tollit peccata mūdi alleluia. Oratio. Deus qui salutis eterne. Ad mag. aña. Maria intacta virgo deum nobis genuit teneris indutum mēbris quez lactare meruit. omnes ipsum adorem⁹ qui venit saluare nos. Oro. Deus qui salutis eterne. Omnia alia dicātur vt infra annū. ¶ Et nihil aliud mutatur i horis beate marie in isto tempore nisi quod dictum est modo.

¶ Incipit officiuȝ beate marie qd dr dieb⁹ sabbatinis secūdū vsum ehnensis ecclesie.

Anno dñi millesimo.ccc.lv. in capitulo paschali fuit statutū ⁊ ordinatū p venerabile capitulū ehnensis ecclesie ad honorē dei ⁊ gliose virginis matris ei⁹. Ut p totā diocē. fiat. ⁊ celebret officiū bte marie omib⁹ dieb⁹ sabbatis totius anni cum solemnitate.ix.lc.⁊ duplicis breuis. Obseruat' cū reglis sequētib⁹. Et primo notādū est q̄ p̄dicta solemnitas nō fit a prima dnica aduent' vsq̄ post oct. epiphanie. Nec a feria.iiii.ciner. vsq̄ post oct. pasce. Nec ab oct. ascētiōis vsq̄ post oct. corporis xpi. ¶ Officiū vo predictū incipiat feria.vi. in vespis. Et in crastinū cōtinuet p totū die in omib⁹ horis vsq̄ ad vespos diei sabbati exclusiue. ¶ Et si forte in p̄dictis sabbis aliquod festū ix.lc. euenerit: totū officiū de ipo festo dicat. Et de bta maria dicatur officiū vt īfra annū: nisi dictū festū fuerit duplex. ¶ Si vero festum.iii.lc. vel aliqua oct'. solēnes vel nō solēnes in p̄fatis sabbis euenerint: fiat de ipsis.iii'.noct'. Et comē in vespis ⁊ matut. Excepto sabbo infra octi. corporis christi quia ratione indulgentiaꝝ: officiū fit de octi. nulla mētiōe facta de btā maria. Si vo oct. capituli marie vel brā... festū.ix.lc. Et festū.iii.lc. in eadē sabbi die occurrerit. Fiat.iii. noct.iii.lc. ... Et dicant de predicta oct. duplicis largi vl breuis.vi.ve ...vi. Re. dicat de festo trium.lc. Et cō. in vespis ⁊ mat. de om. p̄dictis. Et de oct. festi.ii.lc. fiat comē.tm. Si vo p̄dicte oct'.ix. lc. ⁊ festū.iii.lc. in p̄dict. sabbis simul occurrerint.fiat.ii'.noct. de festo trium.lc. ⁊ de dictis oct. comē.tm. Sabbo vo infra oct'. assumptionis natiuitatis ⁊ purificatiōis btē marie.totū officiū dicat de ipsa oct. cū solemnitate duplicis breuis. ¶ Si vo post oct'. purificatiōis vsq̄ ad quinquagesimā aliqua dies sabbi euenerit: dicat officiū sicut dicit post oct'. penthe. Exceptis illis que.xxx. prohibet. ¶ Si vo in p̄dictis sabbis vigilia alicui' festi euenerit euāgeliū solemnitatis beate marie legat in.vi. lcōne. cū Re. Aue maria. Et in.iii. noct'. dicat.ix. feriale. Septima ⁊.viii.lc. euāgeliū cū sua homelia dicāt de vigilia. cū duob⁹. Re. de b...

sto. i. ¶ Idem intelligatur de q̃tuor temporib⁹ z vigilia. Et sequitur suppradicte de scrutinibus temporib⁹. Ab oct. ephie vsq; ad quinquagesimam. Et ro. fi. palce vsq; ad ascensionem. Et ab oct. penthe vsq; ad aduentu dñi. ¶ Ueratamen si in tem. paschali aliqd festũ nou. pla. non imemoratis de eb⁹ sabbatis euenerit: fiat de ipso festo cũ com. in vesp. z matut. Cetera fiãt de btã maria: vt supra est expressum.

¶ Ab octauis ephie dni vsq; ad purificatione bte marie omnibus dieb⁹ sabbatis celebretur officiũ beate marie vt sequitur.

¶ Feria vi. Ad vesperos añ. Tecũ principiũ in die virtutis tue in splẽdorib⁹ sanctoꝝ ex vtero ante luciferꝝ genui te. ps. Dixit dominus dño. iii. An. Redẽptionẽ misit dñs populo suo mãdauit in eternũ testamẽtũ suũ. ps. Cõfitebor. iii. An. Exortũ ẽ in tenebris lumẽ rectis corde misericors z miserator z iust⁹ dñs. ps. Beatus vir. iiii. An. Apud dñm misericordia z copiosa apud eũ redẽptio. ps. De profũdis. v. An. De fructu ventris tui ponam sup sedem tuã. ps. Memento dñe. iiii. Ca. apim.

Apparuit benignitas et hũanitas saluatoris nostri dei. non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secundum suã misericordiã saluos nos fecit. R. Sãcta z immaclata. Hymn⁹. Aue maris stella. V. Bñdict⁹ qui venit. Ad mag. añ. Maria intacta vgo. Oro. Deus qui salutis. ¶ Ad cõplet. Lcõ. Apparuit benignitas. Sup ps. añ. Nesciẽs mater vgo virum peperit sine dolore saluatorẽ seculorũ ipsum regẽ angeloꝝ sola vgo lactabat vbere de celo pleno. ps. Cũ inuocarẽ. Cũ sequ. Cap. Tu in nobis. Hy⁹. Uirgo singularis. V. Custodi nos do. Ad nũc añ. Maria intacta. Oro. Deus qui salutis. Et Salua nos.

¶ Sabbo. Inuit. Aue maria. Hym⁹. Quẽ terra põt⁹. In i. noct. añ. Bñdicta tu in mulierib⁹. Cũ seqn. z ps. iiii. v. Diffusa est gratia. Lectio prima.

Uideam⁹ fres charissimi que sit hec vgo cuius hodie laudib⁹ insistim⁹. Hec est dei tẽplũ. fons signat⁹. z porta in domo dñi clausa. Felix certe et omni laude dignissima: quia sine humano semine celestem seculo protulit panem. et mundo genuit saluatorem. R. O magnum misterium. Reliqua omnia sicut in officio minori bte marie. Lco. ii.

O Quã btã mater ista: que sine vlla ꝯtaminatiõe peperit medicinã. felix ĩ quã mater ꝑ quã nostri generis reparata est vita. que de celo dei suscepit prolẽ: ⁊ mũdo genuit liberatorẽ. ⁊ a peccatis ⁊ morte saluãtem. Hec enim mirabili atq; ineffabili modo omnium regẽ ⁊ sui pepit creatorẽ. R. Ecce iam venit plenitudo tẽporis in quo misit de⁹ filiũ suũ in terris natum ex virgine factũ sub lege. Vt eos qui sub lege erãt redimeret. V. Propter nimiã charitatẽ suã qua dilexit nos de⁹ filiũ suũ misit in similitudinẽ carnis peccati. P. Vt. Lectio iii.

E Lecta quippe ẽ virgo integra cui fecũditas matris daretur: ⁊ facta est fecũda mater in qua virginis integritas seruaretur. O felix maria que talẽ ac tãtũ nob̃ ꝑtulit redemptorẽ. O genitrix gloriosa nat⁹ est ex te qui fecit te. Nat⁹ ẽ ex te qui virgã aarõ sine aqua germinare fecit. ⁊ ex ea fruct⁹ produxit. R. Benedictus qui venit. In ii. nocturno. V. Specie tua. Lectio iiii.

E X te enim nat⁹ est qui pedib⁹ super mare ambulauit. ⁊ de sepulcro vt leo surrexit. ⁊ in celis victor ascẽdit. Natus ẽ ex te: cui⁹ vultũ desiderãt angeli prospicere. Ex te natus est qui in se credẽtib⁹ vitã tribuit sempiternã. O felix femina letabilis angelis. optabilis sanctis. Minor e la⁹ nr̃a ꝙ dignitas vestra meretur. R. Benedicta ⁊ venerabilis. Lectio v.

O Quã btã mater que christũ dñm sãctũ regẽ glorie meruit generare. O ꝙ bti pedes qui christũ meruerũt sustinere. O quã felicia vbera: que auctorẽ ⁊ redẽptorẽ mundi lactauerũt. Ineffabilis virgo in cuius ꝯtinebat gremio qui regebat vniuersum mũdũ. qua sustentabatur gestator orbis. R. Nesciens mater. Lectio vi.

L Acta ergo mater ṽgo cibũ nostrũ. lacta panẽ de celo veniẽtẽ ⁊ in ꝑsepio positũ velut cibaria iumentoꝝ. Illic enim agnouit bos possessorẽ suũ. ⁊ asin⁹ ꝑsepe dñi sui. Lacta eũ qui talẽ fecit te vt ipse fieret in te: qui tibi mun⁹ fecunditatis attulit ꝯcept⁹. ⁊ decus virginitatis nõ abstulit nat⁹. Plaudite ergo oẽs gẽtes manib⁹: rex magn⁹ sup oẽs celos et sup omnẽ terrã ex hac virgine nasci et visitare dignat⁹ est mũdũ. R. Sãcta ⁊ immaculata. In iii. noct. V. Adiuuabit eam deus. Secundum lucam.

IN illo tēpore. Pastores loquebanť ad inuicē. Trāseam⁹ vsq̧ bethleē: ⁊ videam⁹ hoc verbū qđ factū est: qđ dñs ostendit nob. Et reliqua. Ho[illegible] eiusdē bti ambro

Videte ecclesie sur gētis exordiu3. Christus nascit ⁊ pastores vigilare ceperūt. qui gentiū greges pecudū more ante viuētes in aula3 dei cōgregarēt. ne quos spiritaliū bestiaru3 p effusas noctiū tenebras paterentur incursus. Et bene pastores vigilāt quos bonus pastor informat. Grex igitur popul⁹. nox seculu3. pastores sunt sacerdotes. Aut fortasse etiā ille cui dicit. Esto pastor. esto vigilās ⁊ ɔfortare. qui nō solū epos ad tuendū gregē dñs ordinauit. sed etiam angelos destinauit. Ecce angel⁹ domini stetit ante illos. R. Cōtinet in gremio. Lc. viij.

Dña virgo maria offer nos christo piis suffragiis. ⁊ impetra nobis oīb⁹ veniā peccatoꝝ. vt mereamur seruu esse ancille filij tui qui p nobis nasci dignat⁹ est ex te v͠gine benedicta. Aue spes nostra dei genitrix maria que meruisti portare regē celoꝝ ⁊ dñ3 angeloꝝ. tu omni laude dignissima. et omnibus hominib⁹ venerāda: nobis digneris esse ppicia. Assis igiť nobis gloriosissima v͠go ppicia. que illū generare meruisti qui toti⁹ mūdi crimina tulit. qui totū mūdū a sua mūdat iniquitate. R. Congratulamini mihi. Lc. ix.

Iam nūc v͠go beā intra paradisi amenitatē cū sāctis regib⁹ incedis. feliciq̧ palma immarcessibili cū glorie corona a filio tuo dño nr̄o glorificaris. iuncta aūt angelicis choris: ⁊ archāgelis sociata cateruis. in cubiculo regis filij tui dñi nostri iesu christi gemis ac margaritis ornata ⁊ monilib⁹ decorata psistis. Deprecemur ergo tātā reginā: vt ille qui ex ea nat⁹ ē: qui mirabiliter creauit homine. mirabiliusq̧ redemit. soluat nr̄oꝝ vincula peccatoꝝ. ⁊ ad illā regione3 ppetue securitatis ⁊ pacis nos itroducere dignetur iesus christ⁹ dñs noster. qui ē p oīa bn̄dict⁹ i secula seculoꝝ. Amē. R. Post partū virgo. Te deū. Deciniatur. Bn̄dict⁹ qui venit in nōie dñi. V. De⁹ dñs. In laudib⁹ aīi. O admirabile comertiū creator generis humani animatū corp⁹ sumens de virgine nasci dignat⁹ est ⁊ pcedēs homo sine semine largit⁹ ē nob. o



suam deitatem. An. Quando natus es ineffabiliter ex virgine tunc implete sunt scripture sicut pluuia in vel' descendisti vt saluu faceres genus humanu te laudam' deus noster. Ana. Rubu quem viderat moises in cobustu cseruata agnouim' tua laudabile virginitate dei genitrix intercede pro nobis. An. Germinauit radix iesse orta e stella ex iacob virgo peperit saluatore te laudam' de' noster. Ana. Ecce maria genuit nobis saluatore que ioannes videns exclamauit dicens ecce agn' dei ecce qui tollit peccata mudi alla. Capim. Apparuit benignitas. Hymn' O gloriosa dna. v. Benedict' qui venit. Ad [illegible] an. Maria intacta. Oro. De' qui salutis. Que dicatur ad omnes horas. ¶ Ad prima et ceteras horas [illegible] de laudib' [illegible] ad prima. R. Christe fili. v. Quem de matre pia natum dam' esse maria. Gloria. Facta co [illegible] v. Exurge dne. Oro [illegible] in [illegible] In hac hora. ¶ In tepore [illegible] dicat ad prima. R. Christe iesu fili dei viui. Miserere nobis. v. Qui sedes ad dextera patris. p. Miserere. Gloria. Cetera vt in alio tepore dicat. Ad .iii. Capim. Apparuit benignitas. R. Mater dei. Et dominus. v. Intercede pro nobis. p. Et ho. Gloria. p. Scta dei genitrix. Ad .vi. capi. Et radicaui. R. Scta dei genitrix. v. Dignare me. [illegible] capi. Quasi cedrus. R. Dignare me laudare te. v. Bndict' qui venit.

[illegible]

¶ Infra octaue [illegible] ab octaua pasce [illegible]

¶ Feria [illegible] ad vesp. [illegible] Super ps. bte marie an. Post ptu virgo. Capim. In omib' reques quesiui. R. Aue maria. Hym. Aue maris stella. v. Post partu virgo inuiolata permasisti. p. Dei genitrix intercede p nob. Ad mag. an.

Regina celi letare all'a. q2 quē meruisti portare all'a. Resurrexit sicut dixit all'a. ora pro nobis rogamus all'a. Oro Cōcede nobis famulis tuis. ¶ Ad cōplet Lc. In oīb⁹ requiem quesiui. Aña. Cum iocūditate. ps Cum inuocarem. ... Capl'm. Tu in nobis. Hymn⁹. Uirgo singularis. ꝟ. Custodi nos dñe. ... Regina celi. Oro Cōcede nob famlis. Et Salua nos. ¶ Sabbo. ... Aue maria. ... Quē terra pōt⁹. ... Bñdicta tu. ... Diffusa ē grã. ... Spē tua. ... In illo tēpo2 ... re. Stabant aūt iuxta crucem iesu maria mater ei⁹. 7 soro2 matris ei⁹ maria cleophe et maria magdalene. Et reliqua. Omelia beati augustini episcopi ... lectione.

Hec nimiru3 est illa hora de qua iesus aquam conuersus in vinum dixerat matri. Quid mihi 7 tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Hāc itaq3 horam predixerat. que tunc nondum venerat. in qua deberet agnoscere morituris de qua fuerat mortaliter natus. Tūc ergo diuina facturus. non diuinitatis sed infirmitatis matre3 velut incognitam repellebat. Nunc autem humana iā patiens ex qua fuerat fact⁹ homo affectu comēdabat humano. Tūc enim qui mariam creauerat ignotescebat virtute. nunc autem quod maria pepe2at pēdebat in cruce. Mortalis igitur insinuatur locus. Facit quod faciendū ammonet. Et exemplo suo instruit precepto2 bonus vt a filijs pijs inpedatur cura parentibus. quam lignum illud vbi erant fixa membra moriētis etiam cathedra fuerit magistri docentis. ... Pulcra es o maria virgo. Lectio secunda.

Quare deus noster nascēdo per virginem sic voluit reformari ad vitam. vt q2 per muliere mo2s in hūc mundum intrauerat. salus per virginem redderetur. Facta est maria fenestra celi: quia p ipsam deus nos fudit seculis lumen. Facta est maria scala celestis. quia per ipsam deus descendit ad terras. vt per ipsu3 homines mereant ascēdere ad celos. Ipsis enim licet ascēdere il. ... qui deū credidernit ad terras per mariam virginem descēdisse. Facta est maria restauratio feminaru3. q2 ruina

prime maledictiõis probatur
esse subtracta. Tria denique ma
la eue a trib⁹ bonis marie p̄
bãtur exclusa. Nã eue dictum
est: in dolore ꝛ tristicia paries.
et ad viꝝ erit ↄuersio tua: ꝛ ip
se dominet̃ tui. Trib⁹ his ma
lis se subiugãt femine que ma
riã ṽgine nõ sequũtur. Dolo
ri. tristicie. seruituti. R. O glo
Maria [illegible] riosa dña.
ecõtrario quãꝫ p̄clarissi
mis trib⁹ bonis subleuet̃ au
scultа. Salutatiõe agelica. be
nedictione diuina. ꝛ plenitudi
nis gratia. Sic enĩ angelus eã
legit̃ salutasse. Aue maria gra
tia plena dñs tecuꝫ. bñdicta tu
inter mulieres. Cuꝫ dixit aue.
salutatione illã celestẽ exhibuit
Cũ dixit gratia plena: ostẽdit
ex integro irã exclusam prime
sentẽcie. ꝛ plenaꝫ benedictiõis
gratiã restitutã. Cũ dixit bene
dicta tu inter mulieres. ṽgini
tatis ei⁹ benedictũ fructuꝫ ex
pressit. qꝛ ex eo benedicta dicit̃
inter mulieres quecũque pseue
rauerit ṽgo. Benedicta tu in
ter mulieres. Maledicta enĩ
eua fuerat. qua nũc credimus
per mariã ṽginẽ ad bñdictio
nẽ glorie remeasse. R. Aue ma
ria. Te deũ. Versicul. Ora pro
nob sctã di genitrix. In laud. añ.

Post partũ virgo inuiolata pman
sisti dei genitrix intercede pro nob.
An. Ort⁹ ↄclusus soror mea. fons
ↄclusus fõs signat⁹. An. In odo
rẽ vnguẽtoꝝ tuoꝝ currim⁹ adole
scentule dilexerũt te nimis. Aña.
Benedicta a filio tuo dña qꝛ p te
fructũ vite communicauim⁹. Aña.
Pulcra es ꝛ decora filia hierusalẽ
terribilis vt castroꝝ acies ordinata
Capl'm. In omĩb⁹ requie que
siui. Hymn. O gliosa. v. Ora
pro nob sctã dei genitrix. Ad bñs
an. Regina celi. Oro. Concede
nobis famulis. Hic vero dicat
ad oĩes horas ¶ Ad primã ꝛ
ad oẽs horas añ de laudibus
dicãt. Ad primã. R. Christe fili
dei. v. Qui de matre pia nasci vo
luisse maria. Aña. Facta con
fessione. v. Exurge. Oro. Cõce
de nobis famulis. Et In hac
hora. Ad iii capl'm. In omĩb⁹
requiẽ. R. Mater dei ꝛ hõis. v.
Sãcta dei genitrix. Bñdicamus
dño dicat̃ cũ duplici Allá ad
oẽs horas. Hor' [illegible]
cat̃ sicut in tẽpore pasc. Ad
vi. capl'm. Et radicaui. R. San
cta dei genitrix ṽgo semp maria.
Allá allá. v. Dignare me. Ad ix.
capl'm. Quasi cedr⁹. R. Digna
re me laudare te virgo sacrata. Al
leluia allá. v. Ora pro nobis scta
dei genitrix. p. Ut digni efficia.

¶ Ab octauis penthecostes vsq ad aduentum dñi diebus sabbatinis dicitur officium beate marie vt sequitur. ¶ Feria vi. ad vs. sup ps. beate marie. añ. Post partum virgo. Capitulum. In omnibus requiez quesiui. et in hereditate domini morabor: tunc precepit et dixit michi creator omnium. et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. R. O gloriosa domina. Hym. Aue maris stella. V. Beatam me dicent omnes generationes. Ad magt. añ. Beata dei genitrix maria virgo perpetua templum domini sacrariũ spiritus sancti sola sine exemplo placuisti domino iesu christo. Ora p populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu. Oro. Concede nobis famulis tuis ¶ Benedicamus dicitur cum duplici alleluya. Et in matuti. similiter. Ceter' horis dicitur cum vno alla. tm. Similiter fiat in primo tempore huius ordinationis. ¶ Ad comple. sc. In omnibus requiem. m. Cũ iocunditate. ps. Cum inuocarẽ cum sequentibus. Capim. Tu in nobis. Hym. Virgo singularis. V. Custodi nos domine. Añ. Añ. Ego flos campi et lilium conuallium ego decus mundi virginitas humilium. Oro. Concede nobis. Vsalua nos ¶ Sabbato matu. Aue maria. Hy. Quez terra pontus. In i. noct. añ. Benedicta tu. Cum sequentib' et ps suis. V. Diffusa est. Alius V. Specie tua. Lectio prima.

Sancta maria mater domini dei nostri: regina celi. domina mundi: que nullũ despicis. nullum derelinquis. noli nos derelinquere: sed exaudi nos in tua sola pietate. et erue nos ab hostium visibiliũ atq inuisibiliũ potestate. Adiuua fragilitatez nostrã piissima dei genitrix: vt per te mereamur possidere regna celestia. R. Pulchra es o maria. Vt quere in officio minori. Lectio. ii.

Sancta maria virgo virginum piissima suscipe vota seruorũ assidua. lapsos erige. errantes corrige. trementes corrobora. pusillanimes cõforta. vt tibi semper referam' laudes. quam summi dei colimus genitricem. Suscipiat benignissima clemẽtia tua gemitus captiuorum. clamores peregrinorum. suspiria miserum. vota virginum. lamenta viduarum. preces omniũ tua sãcta suffragia deposcentium que cunctis seculis lumen ve

rum effudit dominum nostrũ
iesum christum. R. O gloriosa
V Irgo sctã [illegible] dña. [illegible]
virgo gloriosa. mater si-
mul ⁊ sponsa. non dedigneris
opez ferre animabus quas vi
des amore celestis spõsi flaga
re. atq; eius nuptias sitibũdo
corde desiderare. O regia dul-
cissima virginuz miserere om
nium te pro affectu venerantı
uz. ⁊ impetra omnibus nobis
veniam peccatorũ. quibus ge-
nerare promeruisti ipsum fon
tem misericordie. in quo lauã
tur omnia contagia delictorũ
R. Post partum virgo. In sec[illegible]
do noct[illegible] v. Specie tua. A-
lius v. Adiuuabit eam deus vul-
D Vile [illegible] tu suo. [illegible]
cissim i fratres quis lau
des beatissime virginis decan
tare valeat. Facta est maria ia
nua celorum domina angelo-
rum ⁊ archangelorũ. sublima
tio apostolorũ. laus martyrũ
iubilatio confessoruz. continẽ-
tia virginum. norma principũ
iusticia regum. salusq; omniũ
populorum. Facta est maria
salus morum. mors criminuz
vita virtutum virtus pugnã
tium. palma victoruz. langue
tes sanat. perditos instaurat.
spẽq; desperatis inspirat. Hec
est que pacificat superbos tur
batas mentes illustrat. Leta
in proficientibus. fructuosa in
penitẽtibus. victoriosa in trã-
seuntibus. [illegible] Beata ⁊ immacu-
O Femina su [illegible] lata. [illegible]
per omnes feminas bene-
dicta. que virum omnino non
cognouisti. ⁊ dominum deum
in vtero tuo baiulare meruisti
Surge o beatissima virgo mi
sericorditer actura pro nobis.
surge ⁊ amplectare vestigia re
dẽptoris. da preces pro nobis
quos cernis offensos ante ocu
los conditoris. Sic quoq; pro
nobis certa orationibus in ce-
lis. vt deleas quicquid delinq̃
mus in terris. [illegible] Benedicta et
venerabilis. [illegible]
B Eata dei genitrix dñi tuo
nos obsequio intercisse p
spicis. ardencius nobis subue
nire festina apd benignissimũ
filium tuum redemptorez no
strum. omnibus quoq; tam vi
uis q̃ defunctis miserere tua
sancta intercessione. quibus p
meruisti ipsum pietatis fontẽ
largiri. Suscipe igitur amabi
lis domina nostre fragilitatis
obsequia ⁊ vnico filio tuo pro
nobis offer pia suffragia Suc
curre domina fidelibus omni
bus impetrãs nobis sine fine

mansura vite perhennis gaudia. Ave maria. [illegible] Adiuvabit eam deus. vultu suo. [illegible] Diffusa est gratia in labiis tuis. [illegible]

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portavit. et ubera que suxisti Et reliqua. [illegible] bede presbyteri.

Magne devotionis et fidei hec mulier ostenditur. qua scribis et phariseis dominum temptantibus simul et blasphemantibus tanta eius incarnationem pre omnibus sinceritate cognoscit. tante fiducia confitetur. ut presentium procerum calumpniam. et futurorum confundat hereticorum perfidiam. Nam sicut tunc iudei sancti spiritus opera blasphemando verum consubstantialemque patri dei filium negabant. sic heretica postea negando mariam semper virginem sancti spiritus operante virtute. nasciturо ex humanis membris unigenito deo carnis sue materiam ministrasse: verum consubstantialemque matri filium hominis fateri non debere dixerunt. Sed si caro verbum dei sine carne eius nascentis a carne virginis matris pronunciatur extranea sine causa venter qui eum portasset et ubera que lactassent beatificantur. R. Fons ortorum inriguorum. Lectio .viii.

Inter hec fratres charissimi toto mentis affectu beatissime virginis nos intercessionibus committamus. omnes eius patrocinia imploremus. ut dum nos supplici eam obsequio frequentamus in terris: ipsa nos sedula prece comendare dignetur in celis Sed quid nobis prodest eam interpellare vocibus: nisi etiam humilitatis exempla teneamus. Curemus ergo ut cum eius veneratoni interesse cupimus. vestimentis humilitatis et caritatis induti appareamus. Non nos invidia torqueat. non ira dilaniet. non immundicia polluat. non cupiditas a nobis ipsis caritatem excludat. non seculi tristicia cruciat. non prosperitas decipiat. non superbia inflet. ut nos cum virtutibus ornatos caritate coniunctos. humilitate fundatos sue interesse laudationi prospexerit. ardentius nobis subvenire festinet apud filium suum dominum et salvatorem

nostrum iesum christum. R.
Stella maris fulget cunctis gaude
re fideles. Virgo parit florem nul
lum perpessa dolorem. V. Gaudat
ecclia q genuit virgo maria. V. Vir
Virgo maria go. R. S. R.
stella maris lucida. ia
nua celi regina perpetua: nos
tuos seruos pia tua prece sub
leua. quos magna premit pec
catorum pódera τ nostris ma
lis omnibus nos semper eua
cuat ac tuis preciosis virtuti
bus nos reple tua gratia. Sā
cta maria virgo preclarissima
emenda mores. langores eua
cua. animas salua. mortis per
deuicta. ne nos inferni cōstrin
gant supplicia. quos iam rede
mit tua proles inclita. Et cuꝫ
te super ethereos exaltatā aspi
cis celos. preces nostre humili
tatis ne despicias. sed a pericu
lis cunctis libera nos semper
virgo benedicta. Suscipe igi
tur sācta dei genitrix vgo sem
per maria nostre fragilitatis
obsequia. τ nobis virtute ma
gna succurre velut prepotens
dña: materqꝫ cunctorum pijssi
ma. vitam sempiternaꝫ nobis
impetra. apud iesum christuꝫ
filium tuum dominum τ deuꝫ
nostrum. qui cum patre τ spi
ritu sancto viuit et regnat de
us deus τ vita eterna. per in
finita seculorum secula. Amē
R. Candida virginitas. V. Per peta
preconia virginis laudū clarāqꝫ
cantica. Que genuit dominū chri
stum regentē omnia. Poscimus
domina solue miserorum vincula
Terge nostra facinora abluēdo de
licta. Virginis laudū exaudi pre
camina. Regina mundi te laudat
noster chorus. Nunc in tuis laudi
bus. G. Totus. Te deū. V. Te ane
totum. Ora pro nobis sancta dei
genitrix. In laudibus. an. Post
partum virgo. Et in l. querentib
vt in tempore paschali. C. apm
In omnibus requiem. Hy.
O gloriosa. V. Ora pro nobis scā.
Ad bñs. an. Regali ex progenie
maria exorta refulget. Cuius preci
bus nos adiuuari mente τ spiritu
deuotissime poscimus. Oro. Cō
cede nobis famulis. Que dica
tur per omnes horas. C Cete
ra omnia per totum diem dicā
tur vt in tempore paschali. ex
cepto qꝫ R. ad horas dicantur
sine alla. vt in alio tpe. C So
nus hymnorum. ad. i. iii vi. et
ix. de natiuitate dñi. C Secū
do sabbato. Et aliis similiter
sequentibus vsqꝫ ad aduentū
domini omnia dicantur vt in
proximo sabbato precedenti.
Sed legantur lectiones sequē

tes. Lectio prima bernardus in sermone de aduentu domi.

Virga de qua audiuimus. radice yesse procedēs virgo dei genitrix est flos filius eius Flos vtiqꝫ virginis filius est. Flos candidus ꝛ rubicūdus electus ex milibus. Flos in quē prospicere desiderant angeli. Flos ad cuius odorē reuiuiscunt mortui. Flos vtiqꝫ campi ꝛ non orti. ℟. Pulcra es

Campus enim Lcō. ii. sine omni humano floret adminiculo. non seminatus ab aliquo. non defossus sarculo. nō impingatus fimo. Sic omnino floruit virgis aluus. sic inuiolata integra ꝛ casta marie viscera tanq̄ pascua eterni viroris florē protulere. cuius pulcritudo non vidit corruptionē. cuius gloria imperpetuum non marcescat. ℟. O gliosa

Virgo virga Lcō. iii. sublimis in quam sublime verticem sanctuꝫ erigis. vsqꝫ ad sedentem in throno vsqꝫ ad dominum maiestatis. Nec mirum si in altuꝫ mittis radices humilitatis. O virgo vere planta salutis. planta preciosior. cunctis sanctior vniuersis. O vere lignum vite. qꝫ solum dignum fuit portare fructum salutis. ℟. Post partum.

Virga hec re Lcō. iiii. gia charissimi via est per quam saluator aduenit procedens ex ipsius vtero tanq̄ sponsus de thalamo suo. Tenentes igitur ipsaꝫ viam esse per quā ad nos venit saluator. Studeamus dilectissimi ad ipsum p ipsam ascendere. qui per ipsaꝫ ad nos descēdit. Studeamus per eam venire in gratiam ipsius qui p eā in nostrā miseriā venit. ℟. Sācta et immaculata.

Per te accessum Lcō. v. habeamus ad filium. O benedicta inuentrix gratie. genitrix vite mater salutis. vt p te suscipiat nos. qui per te datus est nobis. Excuset apud filium tuum virgo mater integritas tua culpam nostre corruptōis. et humilitas tua deo grata nostre veniam impetret vanitati. Copiosa caritas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum. ꝛ fecunditas gloriosa fecunditatem nobis conferat meritoruꝫ. ℟. Benedicta ꝛ venerabilis. Lcō. vi.

Dña nr̄a. mediatrix nr̄a aduocata nr̄a. tuo filio nos representa. Fac o benedicta p gratiam quam inuenisti. per prerogatiuam quaꝫ meruisti

per misericordiam quā peperi
sti vt qui mediante te fieri par
ticeps dignatus est infirmita-
tis ꝛ miserie nostre te quoq; in
tercedente participes faciat nos
glorie ꝛ beatitudinis sue iesus
